



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

De argumentis lunæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72031)

pars } 6 > appellatur	24	{ scrupulus semis triens bes quadrans dodrans sextans dextans
	12	
	6	
	4	
	3	
	2	

Si vis partiri horam in 40. vel diem, vel aliquid hujusmodi, ipsa verò 40. pars momenti nomen habet.

pars } 10 > vocatur	20	{ semis quadrans dodrans
	10	
	5	

Quicquid in 10 partiri vis, decem ejus partes simul, decuncis nomen accipiunt: similiter ejus

pars } 9 > nuncupatur	18	{ decunx besse &c.
	9	

Similiter quicquid in novem partiri vis, omnes partes simul nomen dodrantis tenent. Ablata nona parte, octo remanentes, besse vocantur. Quicquid in octo partiri vis, omnes simul besse vocantur. Tolle unum, septem remanentia septunx appellantur. Itaque ex consuetudine venit, ut octo horæ, vel octo dies, vel octo puncti, vel octo momenta, & quicquid octies ducatur, bessem appellatur: ita novem semper dodrans appellantur, decem decunx, undecim deunx, septem septunx, sex sextans vel semis, quinque quincunx, quatuor triens: & sic de cæteris, ut in textu.

BEDÆ PRESBYTERI LIBELLUS DE ARGUMENTIS LUNÆ.



Argumentum, est velox approbatio rerum univrsarum, quæ fidem facit rei dubiæ: & est argumentum dictum, quasi argutè mentis indicium, vel quasi arguta inventum. Argumentum & argumetatio hoc inter se differt. Argumentum enim est, quod in principio libri breviter causam pandit. Argumentatio enim, quæ in disputatione fidem assertionibus facit: vel argumentum dictum, quod arguit mentem. Argumenta, astutia ingenia, quæ rei dubiæ dant fidem. Argumentum est, quando aliqua ex his quæ prius dicta sunt comprobantur.

Ad feriam in calendis mensum inveniendam.

Si vis nosse feriam, hoc est, diem septimanæ in calendis mensum, scito quot regulares habet unusquisque mensis à Martio incipientis: quia in illo mense factus est mundus, & ille mensis fuit principium anni apud antiquos Romanos in tempore Romuli: & in illo mense discurrunt epactæ solis, id est concurrentes septimanæ, dies in 8, calend. Aprilis, in cyclo 28. annorum. Martius ergo habet regulares 7. Aprilis 1. & reliqua usque. Februarius 6. His ergo regularibus additis concurrentibus præsentis cujuslibet anni per 28 annos, tunc enim cyclos solis in se revertitur, totaque summa in 8. divisa, quotus numerus remanserit, tota erit feria in calendis 12. mensium. Si autem totum numerum per 7. divideris, sabbato erunt calendæ ipsius mensis, de cujus feria queritur. Si verò ille numerus regularium & concurrentium simul ad 7. non pervenerit, quotus numerus fuerit, tota erit feria præsens in calendis uniuscujusque mensis per totum annum.

Ad feriam per dies mensis inveniendam.

Si vis scire quotidie quota feria sit, computa dies à principio mensis cujuscumque volueris, & unum semper subtrahere, id est primum diem mensis, quia cum dicis, adde feriam, quæ fuit in capite istius mensis, tunc primum diem ipsius comprehendis, quem minimè duplicare debes. Similiter ibi de luna intelligendum est, ubi dicitur: adde ætatem lunæ, quæ fuit in calendis hujus anni & mensis. Adde etiam numerum, quota feria fuerit in calendis ipsius mensis. Verbi gratia: Si prima feria calendæ ipsius mensis fuerint, adde diebus præteritis unum. Si secunda feria fuerint, adde duos: si tertia, tres: & ita usque septem, & ubicunque opus fuerit partire per septimanam partem, id est in quantiscunque vicibus septem tollere poteris, quicquid remanserit super septem, talis erit feria. Si nihil remanserit, feria est.

Ad feriam per dies anni inveniendam.

Si vis scire quota sit feria, quocunque die per annum computa dies à calend. Januar. usque in diem, de quo inquiris: & cum scieris, adde feriam, quæ fuerit die calend. Jan. & si bissextilis annus est, etiam bissexti diem postquam transierit, argumentare memento, & partire omnia per 7. quot remanserint, talis erit feria. Si nihil remanserit, septima erit.

Ad feriam in calend. Januar. per annos Domini inveniendam.

Si nosse desideras, quota sit feria in calend. Jan. sume annos ab incarnatione Domini quotquot fuerint, his quartam partem adde, & ex his subtrahere unum: si bissextus fuerit, duos: reliquos divide per 7. Quot remanserint, talis erit feria in calend. Januarii.

Ad lunam in calendis mensum inveniendam.

Si subito invenire volueris quota luna semper in calendis mensis eveniat, tene regulares mensis præsentis, adde epactas ipsius anni de quo inquiris, comprehende in unum. Si usque 30. pervenerint, 30. erit luna in calendis. Si autem minus à 30. ita & luna. Quod si super 30. fuerint, recide 30. quod remanet, ipsa est luna in calend. mensium. Hoc autem cave, ut si 30. lunatio est, 30. recidas. Si verò 29. 30. recidas, quia ab initio anni usque ad finem, una lunatio est 30. alia 29. Quando autem bissextus est, vadit dies cum luna. Verbi gratia: Si hodie computata luna 6. & in crastinum similiter computari debet.

Ad lunam per dies mensis inveniendam.

Si vis scire, quota sit luna die quocunque volueris, scito quota in calend. ipsius mensis per epactas & regulares inventa fuerit, tene per dictum numerum, adde etiam dies mensis præteritos, sicut superius ad feriam diximus, & unum semper recide, comprehende in unum. Si 30. pervenerit, 30. luna est: si autem minus à 30. ita est & luna. Si super 30. fuerit, recide 30. & quod remanserit, talis est luna.

Ad lunam per dies anni inveniendam.

Si vis scire omnibus diebus quota sit luna, computa dies à calend. Jan. usque in diem, de quo computare volueris: & cum scieris, adde ætatem lunæ, quæ fuerit in calend. Jan. Partire omnia per 29. & 30. Et si amplius quam 30. remanserint, tolle 30. & 29. & quot super fuerint, talis erit luna.

Ad lunam in calendis Ian. inveniendam.

Si autem scire desideras, quanta sit luna in calend. Januar. sume cyculum lunarem anni præsentis cujusque vo-

lueris,

Ineris, & multiplica illum undecies, adde regularem unum, & partire omnia per 30. quot verò remanserint, talis erit ætas lunæ in cal. Jan. Tantum memor esto, ut post 16. cyclum, videlicet 17. 18. 19. non unum, sed duos adjicias regulares.

In qua hora & puncto luna accendatur à sole.

Si scire cupis, in qua hora & in quo puncto luna quotidie accenditur & mutatur, sume cyclum lunarem præsentem cujuslibet anni, & multiplica illum quinquies, adde & numerum à calen. Jan. usque in præsentem diem. Illos ergo dies anni, & ipsam multiplicationem cycli lunaris præsentis additos simul partire per 60. Quot autem super fuerint, ipsi sunt puncti ejusdem diei: fac ex eis horas, quinque puncti faciunt unam horam. Verbi gratia: Si remanserint 5. in novissimo puncto primæ horæ terminatur luna, & incipit esse alia.

Ad ætatem lunæ invenendam.

Si autem sequentem ætatem lunæ per eundem cyclum scire cupis, duc eum sexies, & adde supradictum numerum, qui fuerit de diebus anni, & de multiplicatione ipsius cycli per quinquies: & adde tot regulares, quot sexageni fuerint primitus in ea multiplicatione, partire omnia per 30. quot remanserint, talis erit ætas lunæ si nihil remanserit, 30. erit.

Ad invenendam lunam in transacto, vel in sequenti anno in unoquoque datarum.

Si vis scire qualis luna fuerit in transacto anno, in unoquoque datarum, sume lunam de præsentis anno in quocunque datarum, quam probare vis in transacto anno: & tolle 11. quot remanserint, scito quia talis fuit luna in transacto anno in illud datarum. Et si minor est ætas lunæ quam 11. scito, quia ubi nunc est prima, illic fuit 20. & ubi nunc est secunda, ibi fuit 21. Et sic computa, quocunque venias ad 12. lunam, & tunc tolle 11. Quot remanserint, talis fuit luna in transacto anno in illud datarum, ubi nunc est 12. Si autem de sequenti anno similiter approbare vis, ad præsentem ætatem lunæ adde 11. & quot fuerint, scito, quia talis erit luna in sequenti anno in quocunque datarum. Si autem intrâ 30. numerus excreverit, tolle 30. & quot remanserint, talis erit ætas ipsius.

Ad lunam in centesimo anno invenendam.

Si vis scire quanta sit luna in centesimo anno hinc à præsentem quolibet die, multiplica 11. annuas centies, sunt 1100. Adde epactam illis diei præsentis, à quo incipias numerare. Adde regulares 5. hoc est, 5. saltus, qui ideo regulares dicuntur: mitte simul, & quotquot fuerint, partire omnia per 30. quot remanserint, ita erit ætas lunæ in centesimo anno.

Quot punctis luna luceat.

Si vis scire quot punctis vel horis luceat luna, primum considera, utrum in augmento sit, an in detrimento. Et si quidem in augmento est, multiplica ætatem ejus per 4. Verbi gratia: Si decima est, multiplica per 4. sunt 40. Tot punctis luceat luna 10 id est, 2. horas. Item, si vis scire quot non luceat, vide quot sunt à 10. usque ad 15. sine dubio quinque: multiplica quater quinque, sunt 20 puncti, qui faciunt horas quatuor; tot horis enim luceat luna decima. Item, si vis scire post plenilunium quot horis luceat luna vigesima, vide quot sunt à 20. usque 30 sine dubio 10. multiplica quater, sunt 40 puncti, qui faciunt octo horas. Deinde, si vis scire quot non luceat, vide quot sunt à 15. usque 20. sine dubio 5. multiplica quater, sunt 20 puncti, qui faciunt horas quatuor: tot horis non luceat luna 20. sic deinceps usque ad finem. Tricesima autem luna nihil lucet, quia in coitu est opposita soli: & illud tempus interlunium dicitur.

In quo signo vel parte signi sol & luna versentur.

Si vis nosse in quo signo, vel in qua parte signi sol & luna versentur, hoc argumentum allam in primis perquire, ubi sit accensio lunæ. Lunæ accensio sic erit: in illo mense, ubi 30. erit, ipsa erit accensio ejusdem mensis, & qui vigesimam octavam lunationem habet, similiter erit ejusdem mensis accensio, & in ipsa die erunt simul sol & luna: deinde computa ætatem lunæ, qualis fuerit, & multiplica 12. quia quotidie duodecim partes elongatur à sole: ipsam autem numerum partire per triginta, & memento quot vicibus triginta habueris, tot signa plena habebis: quia unumquodque signum triginta partes habet. Hoc tamen scire debes, ut primum signum, in quo luna accensa fuerit, restaurari facias de ipso numero, quem in multiplicatione habueris.

Quot partibus distet luna à sole.

Si nosse desideras quot partibus distat luna à sole, multiplica ætatem ejus, quot acunque fuerit, quater: & numerum, qui exinde fuerit, iterum multiplica ter: & quot inveneris, tot partibus distat luna à sole. Verbi gratia: Si decimam requiris, sic facies quater deni, 40. ter quadragenari, 120. tot partibus luna decima distat à sole: id est, in tali parte cœli moratur luna, ad quam venturus est sol post dies 120. Partes enim signorum nihil aliud dicimus, nisi quantum sol singulis diebus ex unoquoque peragratur. Rursum si per idem argumentum invenire cupis, in quo sit signo, primum considera, in quo sit sol, & in quanta parte ejus: id est, quot dies ibidem exactor habeat, & quot remanent usque 30. tot enim diebus sol in unoquoque moratur signo: quot ergo de triginta remanserint, tot de supradicto numero sumens, da huic signo ad perficiendum. De cæteris vero, qui ex eodem numero remanserint, singulis sequentibus signis 30. dato, usquequò 30. non habeas: in quo signo 30. defuerint, ibi lunam inesse noveris. Et ut manifestius hoc, quod dicimus, possit intelligi, exempli causa unum diem ponamus. Præsentis anno in cal. Augusti luna est 15. multiplica quater, sunt centum: hos multiplica ter, sunt trecenti; tot partibus hoc anno cal. Augusti luna distat à sole. Sol autem in leone est in decima quinta parte ejus, quia 15. calen. introivit: ad hunc restant dies 15. hos 15. sume ex illis trecentis, & da leoni ad perficiendum signum; & remanent ducenti octoginta quinque: ex his iterum da sequenti signo, id est, virgini, 30. & libra, & scorpioni, & sagittario, & capricorno, & aquario, & piscibus, & arieti, & tauro, singulis 30. qui simul collecti sunt 270 remanent 15. In 15. parte geminorum moratur eo die luna. Luna zodiacum tredecies in 12. suis conficit mensibus. Hoc autem argumentum cum glossis invenies c. 17. luna quotidie quatuor punctis five crescens à sole longius abit. Quòd si es signorum nescius, hæc autem tria argumenta lege, & differentias illarum diligenter inquire.

Quot sint epactæ vel regulares solis & lunæ.

Dum audis epactas lunæ, ætatem lunæ per singulos annos intellige in duodecimo calen. Aprilium die. Dum audis epactas solis, hoc est, concurrentes septimana dies, intellige quanta feria per singulos annos nonus calen. April. dies pervenit. Dum audis regulares secundum lunam, intellige ætates lunares singulorum mensium, in eo dumtaxat anno, quo trigesima luna in 11. calen. April. die invenitur: ipse est etenim primus decemnovenalis circuli annus. Dum audis regulares secundum solem, intellige singulorum mensium calendarum quanta feria perveniant, eo scilicet anno, quo concurrentes sunt septem, id est, quo nonus calen. April. dies est sabbatum. Dies quoque calen. data vocantur calendaræ, quomodo in eis antiquitus dabantur, id est, providebantur quot dies superessent ad nonas. Hinc usque hodie in usu retentum, quot datarum dies, id est, quot dies à calendaris de mense transierunt, vel quot dies usque ad

cal. futuri mensis superfluit. Lege in lib. 2. de temporibus cap. 13. ibiq; de calendis & nonis ac idibus plura invenies.

De epactis in calendis mensium.

Si vis scire epactas in calendis duodecim mensium, scias quot regulares habet unusquisque mensis, incipiens a Septembri: quia ille est principium anni, & principium mensium apud Aegyptios, & in principio Septembris mutant Aegyptii epactas, & illas epactas primas, quas Aegyptii habent in principio cycli, in calend. duodecim mensium nos regulares habemus. Verbi gratia: September 5. October 5. & reliqua usque, Augustus 14. His ergo regularibus additis epactis, quæcunque fuerint in 11. calend. April. quolibet anno, invenies epactas in calendis 12. mensium.

Argumentum regularium ad feriam in calendis mensium inveniendam cum epactis solis, id est, concurrentibus secundum Romanos.

2 5 5 1 3 6
Januarius, Februarius, Martius, Aprilis, Majus, Junius, Julius, Augustus, September, October, November, December.

Secundum Aegyptios.

5 1 3 6 1 4 7
Martius, Aprilis, Majus, Junius, Julius, Augustus, September, October, November, December, Januarius, Februarius.

Epacta solis, id est, concurrentes.

B 1 2 3 4 B 6 7 1 2 B 4 5 6 7
B 2 3 4 5 B 7 1 2 3 B 5 6 7 1
B 3 4 5 6

Qui videlicet regulares juxta utrosque, id est, secundum Romanos & secundum Aegyptios hoc specialiter in dicant, quora sit feria in calendis eo anno, quo 7. concurrentes adscripti sunt dies. Cæteris vero annis addes concurrentes, quotquot in presenti fuerint annotati, ad regulares mensium singulorum, & ita diem calendarum sine errore reperies.

Ad lunam in calendis mensium inveniendam, cum epactis luna secundum Romanos & Aegyptios.

9 10 9 10 11 12
Januarius, Februarius, Martius, Aprilis, Majus, Junius, Julius, Augustus, September, October, November, December.

Ad inveniendam lunam secundum nostrum numerum.

5 5 7 7 9
September, October, November, December, Januarius, Februarius, Martius, Aprilis, Majus, Junius, Julius, Augustus.

Epacta.

Nullæ, 11 22 3 14 25 6 17 28 9 20 1 12 23 4 15 26 7 18.

Primo decemnovennis circuli anno, in quo nullæ sunt epactæ, sic invenies lunam per calendis quasque cæteris vero annis adde epactas, & sic quora sit luna per calendis quasque reperies. Cur autem octavo, & undecimo, & decimo octavo anno cycli decemnovennis hoc argumentum stabilitatem sui tenoris in quibusdam calendis non servet, in libro De temporibus 2. cap. 20. plenius inveniri potest.

Vnde procedunt regulares ad feriam inveniendam.

Si vis scire, unde procedunt regulares, qui secundum solem numerantur, id est, Martii 5. quot mentes sunt in anno, unde regulares requirit, tot numerum in calculo numerabis: id est, 365. hos partire per 12. 30. duodecies, fiunt 30. remanent 5. hoc est, Mart 5. Martius habet dies 31. adde suos regulares 5. quos invenisti, fiunt 36. hos partire per 7. quinquies 7. 35. & remanet 1. April. 1. Aprilis habet dies 30. adde regularem unum, quem invenisti, fiunt 31. partire per septem, quater 7. 28. remanent 3. Majus 3. Sic fac de cæteris usque in finem, attende diligenter & tibi non fallit.

Vnde procedunt regulares ad lunam.

Si vis scire, unde procedunt regulares ad lunam, tene dies 365. partire per 30. dacies 30. fiunt 300. & bis 30. 60. remanent 5. September 5. September habet dies 30. adde regulares 5. quos invenisti, fiunt 35. absque 30. remanent 5. October 5. October habet dies 31. adde regulares 5. quos invenisti, fiunt 36. absque 29. remanent 7. November 7. November habet dies 30. adde regulares 7. quos invenisti, fiunt 37. absque 30. remanent 7. December 7. Hoc tantum memor esto, ut una vice 30. alia 29. recidas, propter accensiones & extinctiones lunæ, quæ sic fiunt.

De pronuntiatione dierum anni secundum Victorium, ad singularem novarum, iduum, calendarum feriam inveniendam.

Table with 4 columns: Month, in cal., in non., in id. Rows: Janu., Febr., Mart., April., Majus., Jun., Jul., Aug., Sept., Oct., Nov., Dec., Janu.

Item de eodem secundum Dionysium.

Table with 4 columns: Month, in cal., in non., in id. Rows: Martius, Aprilis, Majus, Junius, Julius, Augustus, Septembr., Octobr., Novembr., Decembr., Januarius, Februar.

De pronuntiatione, quæ est secundum Victorium.

Si vis scire, quare dicitur Februarius in cal. 32. & quare non ad unum mensum incipiunt istæ lectiones, cum ambæ pertinent ad feriam: quia illam primam terminavit Victorius Aquitanus, istam Dionysius Græcus. Ille numerat dies anni, iste numerat dies mensis. Dionysius numerat quantos dies præteritos habet de mense. Victorius de anno: propter hoc dicitur Februarius in calend. 32. quia Januarius habet 31. adde cal. fiunt 32. & propter hoc cœpit à Januario computare, quia ipse est janua anni, & ille numerat dies anni: & iste Dionysius incipit à Martio, quia ipse est primus mensis, sicut dixit Dominus: Mensis iste primus erit in mensibus anni: & ideo numerat dies mensis, Victo-

rius numerat Febr. in non. 36. ille habet 4. dies in nonis, adde super 32. fiunt 36. In idibus 44. octo dies habet in idibus adde super 36. fiunt 44. Martius in cal. 60. quia quindem dies habet post idus. Adde cal. Mart. fiunt 16. Adde 16. 44. fiunt 60. in non. 66. quia 6. nonas habet: sic semper numerata per totos, & non fallit. In finem dicit: Januarius in cal. 366. quia annus solaris habet dies 365. adde cal. fiunt 366. in anno. 5. quia jam finiti sunt dies anni in idus 13.

De pronuntiatione, quæ est secundum Dionysium.

Si vis scire, quare dicitur Martius in cal. 29. quia retrò Martio Februarius est. Ipse habet dies 28. adde cal. Mart. fiunt 29. in non. 7. quia sex nonas habet, adde calendas, fiunt 7. In idus 15. quia omnes menses octo idus habent. Adde, 7. quos habuisti in non fiunt 15. Adde 17. quos habet Martius super nonas & idus, fiunt 32. Dic. Aprilis in calend. 32. quia Martius habet 31. diem, adde calen. fiunt 32. In non. 5. quia quatuor nonas habet, in idus 13. Adde 5. quos habuisti in nonis super 8. idus, fiunt 13. Adde 18. suprà 23. fiunt 31. Dic. Majus in cal. 31. sic fac. per singulos menses. Hoc tantum cave, ut calendas semper ad mensem: qui retrò est, & ad nonas, quæ antea sunt, adijungat: & si quis ignarus est, teneat memoriter Januarius, Augustus & December quatuor nonas habent: ibi potes pleniter discere.

De partitione septenarii numeri ad feriam invenientiam per dies anni.

Septies asse	Septem	
Septies dipondio	Decusquartus	
Septies terni	Vies asse	
Septies quaterni	Vies octus	
Septies quini	Tries quinquis	
Septies seni	Quadraes bini	
Septies septeni	Quadraes nonus	
Septies octoni	Quinquas sexis	
Septies noveni	Sexaes tres	
Septies deni	Septaes	
Septies viceni	Cenquadraes	
Septies triceni	Ducendecus	
Septies quadrigeni	Ducenoctas	
Septies quinquageni.	Trincenquinguaes.	
Semel septem		7
Bis		14
Ter		21
Quater		28
Quinquies		35
Sexies		42
Septies		49
Octies		56
Novies		63
Decies		70
Vicies		140
Tricies		210
Quadragies		280
Quinquagies		350

De partitione quinquagenarii novenarii ad lunam invenientiam.

Quinquagies novies	asse	59
Quinquagies novies	dipondio	118
Quinquagies novies	terni	177
Quinquagies novies	quaterni	236
Quinquagies novies	quini	295
Quinquagies novies	seni	354

Idem de eodem.

Si vis scire, quare dicitur semel 59. attende ad calculum, & invenies ibi. Ad lunam invenientiam pertinet ista electio, quia luna una vice ascendit 30. alia 29. mitte insimul,

fiunt 59. Et quare non amplius scripsit de illo calculo in isto loco nisi sexies 59? quia sexies 59. fiunt 354. qui sunt dies lunæ: propter hoc non ascendit ultra in calculum.

Vnde dicatur terminus.

Terminus autem dictus est (ut quidam volunt) quòd lapis ipse à tribus pedibus aliquid minus habet.

Paschaliu terminorum decimanquarta luna ascendunt.

Nonis Aprilis.	
Nonæ Aprilis norunt quinos.	5
Octavo calendas Aprilis.	
Octonæ calendæ affim depromunt.	1
Idibus Aprilis.	
Idus Aprilis, etiam sexis.	8
Quarto nonarum Aprilis.	
Nonæ quaternæ, namque dipondio.	2
Undecimo calendas Aprilis.	
Item undenæ ambiunt quinos.	5
Quarto iduum Aprilis.	
Quatuor idus capiunt ternos.	3
Tertio calendas Aprilis.	
Ternæ calendæ titulant senos.	6
Decimoquarto calendas Maji.	
Quatuordenæ cubant in quadris.	4
Septimo iduum Aprilis.	
Septenæ idus septem eligunt.	7
Sexto calendas Aprilis.	
Senæ calendæ fortiunt ternos.	3
Decimoseptimo calendas Maji.	
Denæ septenæ donantur affim.	1
Secundo nonarum Aprilis.	
Pridie nonarum porrò quaternis.	4
Nono calendarum Aprilis.	
Novenæ calendæ norantur septenis.	7
Secundo iduum Aprilis.	
Pridie idus panditur quinis.	5
Calendis Aprilis.	
Calendas Aprilis unus exprimit.	1
Duodecimo calendarum Aprilis.	
Duodenæ namque doctæ quaternis.	4
Quinto iduum Aprilis.	
Speciem quintam speramus duobus.	2
Quarto calendas Aprilis.	
Quaternæ calendæ quinque concjiciunt.	5
Decimoquinto calendas Maji.	
Quindenæ constant tribus adeptis.	3

His ergo regularibus, quos cum terminis paschaliibus pronuntiaſti, adde concurrentes cujuslibet anni, totamq; summam in septem distribue: quod remanſerit, ipse est septimanæ dies, quæ decimanquartam lunam reperies.

De regularibus cycli decemnovenalis per terminum paschalem.

Si vis invenire principalitatis originem regularium in cyclo decemnovenali, quod est, nonæ Aprilis norunt qui nostononæ calendæ affim depromunt. Idus Aprilis etiam sexis, & ita usque in finem. Sume cal. April. semper in prima feria, & in qua feria prædictum numerum calendarum reperies, tot regulares erunt. Verbi gratia: Sume cal. April. in prima feria, & invenies nonas Aprilis in quinta feria: qua inventa, pronuncia, Nonæ Aprilis norunt quinos, & in alio anno similiter fac, & invenies 8. cal. Aprilis in prima feria: qua reperta, dic, Octonæ calendæ affim depromunt. Et sic facies per singulos annos cycli decemnovenalis, & invenies absque ambiguitatis errore numerum regularem: cum quibus adde numerum concurrentium ejusdem anni, de quo inquiris: & invenies feriam, in qua decimaquarta luna termini paschalis incurrit. Et hoc obſerva, ut quotiens ipse terminus ante cal. April. evenit,

videlicet 8. cal. vel 11. cal. Aprilis, retrò computandum est per feriam & per calendaliter: Cal. April. in prima feria, 2. cal. in 7. feria, 3. cal. in 6. feria, 4. cal. in 5. feria: & sic deinceps utique ad terminum. Quando verò post cal. Aprilis, videlicet nonis Aprilis, vel quarto non. rectò ordine ad terminum veniendum est.

A quo sunt inventi idem termini.

Legimus in epistolis Græcorum, quòd post passionem Apostolorum S. Bachumenius Abbas in Ægypto cum monachis suis in oratione à Domino rogavit, ut ostenderet ei, quomodo Pascha deberet celebrare: & misit Dominus per Angelum suum ad præfatum S. Bachumenium cyclum decennovenalem, hoc modo: Nona Aprilis nõrunt quinos: octona calendæ assim deprimunt, &c. A diversis autem calculatoribus diversis modis termini paschales inveniuntur, quorum calculationem non est necesse hic patefacere: sed tantum lege in quatermione domini Ulperici cap. 30. 32. 33. 34. & 35. ubique de omnibus terminis, quicquid necesse est, multipliciter invenies.

Item.

Sic legitur in epistola, quam B. Cyrillus ad Leonem Papam scripsit: Indicabo enim vobis, quid Bachumenius monachus insignis, factis apostolicæ gratiæ egregius, fundatorque Ægypti cœnobiorum, qui edidit & n. onasterium, quod lingua Ægypti vocatur Pansum: litera Angelo distante perceperat, ut non errorem incureret in solennitatis paschalis ratione: sciretque lunam primi mensis in anno communi, & embolismi.

De regularibus, qui dicuntur majores, ad decimam quartam lunam primi mensis inveniendam.

Martius habet regulares majores 36. Aprilis 35. ad decimam quartam lunam inveniendam. Si verò vis scire terminum paschalem in Martio aut Aprilis, subtrahæ de ipsis regularibus, in quo mense è duobus computare volueris epactam, quæ eodem anno currit: & si plus quàm 30. de ipsis regularibus remanserint, tolle 30. & quanti supererint, totidem dies infra ipsum mensem habebis terminum paschalem. Si unus remanserit, prima die mensis erit terminus: si quindecim, decimo quinto die: si triginta, tricesimo die erit terminus paschalis: id est, decima quarta luna.

De regularibus, qui dicuntur minores ad feriam ipsius lune inveniendam.

Martius habet regulares minores 4. Aprilis 7. ad feriam decimam quartam lunam inveniendam. Si ergo vis subito scire in quota feria terminus paschalis, seu quadragesimalis, vel rogationalis evenerit, tene illos dies, qui post deductam epactam de ipsis regularibus majoribus remanserint: adde concurrentes præsentis anni, adde semper in Martio regulares quatuor, & in Aprilis septem: comprehendo in unum, & ipsos partite per septem: quot remanserint, talis est feria, in qua terminus paschalis, id est, luna decima quarta occurrerit, seu quadragesimalis, vel rogationalis, id est, luna secunda, sive vigesima. Memor esto, quota luna in calen. Jan. eodem anno fuerit, tot dies tolle de Martio à fine retrorsum: & ubi dies evenerit, ibi erit nativitas lune primi mensis. Hoc fac omnibus annis, exceptis tribus embolismis, id est, novissimo ogdoadis, & primo atque novissimo endecadis. In novissimo embolismo ogdoadis initium primi mensis, id est, prima luna invenitur in nonis Aprilis. In primo embolismo endecadis, quarto nonatum April. invenitur luna prima primi mensis. In ultimo verò embolismo endecadis, secundo nonatum Aprilis initium primi mensis invenitur. Hæc observatio numquam fallit. Reliquis annis semper in Martio fac ordinem, quem diximus, exceptis his tribus atatibus in cal. Jan. luna 26. 29. & 27. Inventa igitur prima luna primi mensis, adde ei

tredecim dies, & sic lunam decimam quartam paschalis termini invenies.

Argumentum dati exempli de anni incarnationis Domini 776. & 936. vel 937. quomodo inveniat decima quarta luna primi mensis, & feria ipsius lune cum anteceditis regularibus.

Martius habet regulares majores 36. & minores 4. Aprilis habet regulares majores 35. & minores 7.

Primo anno circuli decennovenalis 30. est luna, in undecimo cal. April. eodemque anno luna 14. quinto die cal. April. id est, nonis April. junge 7. ad 30. & sumo pro regularibus mensis Aprilis eo anno, quo decima quarta luna in mensem Aprilem incurrit. Eo verò anno, quo in mensem Martium 14. luna incurrit, trade Martio regulares 36. Ex epactis utique facillimè agnoscis, utrum in Martium an Aprilem decima quarta luna eveniat. Si enim plus 15. aut minus 5. epactis habes, Aprilis decima quarta luna computatur. Si verò plus & 5. minus 5. epactis habes, Martio 14. luna imputatur. Tene ergo regulares 35. in Aprilis, & subtrahæ epactas semper ejusdem anni, & quod remanserit, ipsa est dies 14. lune: ut puta 3. anno circuli decennovenalis, 22. erunt epactæ. Tolle 22. de 35. remanent 13. terdecima die mensis Aprilis, id est, idus Aprilis, 14. luna occurrit. Si vero feriam quæras 14. lune, adde concurrentes anni illius numero, qui relictus est, ut puta istis 13. qui in præfenti sunt, in Aprilis quoque 7. regulares. Hæc omnia collige, & post per septenarium divide, & quod remanserit, ipsa est feria 14. lune: & sic facillimè ad diem Domini cum pervenies. Mense autem Martio tene regulares 36. subtrahæ epactas anni illius. Verbi gratia: Secundo anno circuli decennovenalis 11. remanent 25. vicissima quinta die mensis ejusdem 14. luna aderit: id est, 8. cal. Aprilis. Si verò feriam ejusdem diei requiras, adde numero præscripto concurrentes anni illius, & regulares 4. in mense Martio. Hisque in unum collectis, partitoque per septenarium, quod remanserit, ipse est dies lune 14. si nihil remanserit, 7. feria est. Igitur si detractis epactis 30. remanent, tamen quodcumque superest, ipse est dies mensis, in quo decimam quartam lunam reperies, ut eo anno, quo 4. epacta sunt, absume 4. de 35. & remanent 31. tolle 30. remanent 1. Prima die mensis 14. luna occurrit, id est, calendæ Aprilis. Si verò, deductis epactis, 30. tantum remanent: 30. die mensis 14. luna evenit. Quod semel inter 19. accidit annos, scilicet quando 6. epacta scribuntur, & 3. cal. April. 14. luna evenit. Et ut exemplis ad inveniendam feriam instruat, quando 14. luna occurrat, ut puta anno præfenti dominicæ incarnationis 776. sume epactas hujus anni, 26. detractis de 35. regularibus, remanent 9. Et ecce nono die mensis decima quarta luna erit, id est, 5. idus April. Junge etiam concurrentes anni præfentis, id est, unum ad 9. & sunt 10. His adde 7. & sunt 17. hos partite per 7. bis 7. 14. & remanent 3. Tertia feria erit luna 14. quarta 15. sexta 17. septima 18. prima 19. quæ est dies Paschæ. Quinto idus, 14. luna quarto idus, 15. tertio idus, 16. secundo idus, 17. idus, 18. cal. Maji, 19.

Secundo anno post hunc 7. quia plus quinque sunt, & minus 15. ad Martium pertinet 14. luna, quam sic requiras. Sumo regulas Martii mensis 36. detrahe ab eis 7. & remanent 29. Vicissim nona die Martii mensis, id est, 4. cal. April. 14. luna tibi occurrit. Ad inveniendam feriam sume easdem 29. & adde eis concurrentes illius anni, id est, duos: sunt 31. his quoque adde regulares 4. & erit omnis summa 35. Partite per 7. & 7. quinque enim septem 35. & nihil remanet: quia septima feria erit luna 14. quarto cal. April. & 15. tertio cal. Aprilis, ipse est dies dominicæ Paschæ. Etiam sic per singulos circuli decennovenalis annos, semper his regularibus, & hac ratione annuis epactarum detractis diebus, decimam quartam sine errore reperies lunam. Et illis regularibus concurrente numero præscripto junctis, feriam quoque decimam quartam luna sine scrupulo investigabis: & sic computatis feriis, quæ superint septimanæ illius, lune quoque ætatem crescentis singulis ap-

pone diebus, & tunc simul locum lunæ, & ætatem ejus citissimè invenies.

De anno ab incarnatione Domini 936.

Quarto idus Aprilis terminus paschalis. D. Unde hoc patet. M. Aprilis habet 35. regulares ad decimam quartam lunam inquirendam, & epactæ sunt hoc anno 25. Sublati 25 de 35. restant 10. Decima die infra mensem Aprilis terminus paschalis, id est, luna 14. D. In quota feria? M. Aprilis habet regulares 7. ad feriam decimam quartam lunam inquirendam. Si ergo cum ipsis decem ipsis videlicet, qui post deductas epactas remanserunt, insuper etiam concurrentes istius anni, quæ sunt 5. anneximus, sunt simul 22. posthabitis 21. remanet 1. Decima ergo die infra mensem Aprilis, quæ est 4. idus ipsius, feria prima terminus paschalis.

15. cal. Martii Pascha, luna 21.

Calend. April. 6. idus, 5. idus, 4. idus, terminus paschalis 1. luna 14.

16. cal. Martii Septuagesima, luna 18.

Propter bissextum.

4. cal. Feb. non. 8. id. 7. id. terminus 70. luna 11.

11. nonarum Martii Quadragesima, luna 9.

11. cal. Martii. 5. cal. 4. cal. 3. cal. terminus 40. luna secunda.

11. cal. Junii Rogationes, luna 27.

2. nonas Maji, 3. idus, 2. idus, idus. terminus rogationum, luna 20.

4. nonarum Junii Pentecostes, luna 11.

13. calend. Junii, 6. cal. 5. cal. 4. cal. terminus Pentecostes, luna 4.

De anno ab incarnatione Domini 937.

D. In quo mense, vel in quo calendarum die erit terminus paschalis hoc anno? M. Martius habet regulares 36. ad decimam quartam lunam investigandam, & epactæ sunt hoc anno sex. Abjectis ergo sex epactis de 36. regulis, remanent 30. tricesimo die infra mensem Martium, quod est in cal. April. terminus paschalis, id est, luna 14. D. In quota feria? M. Martius habet regulares 4. ad feriam decimam quartam lunam inquirendam. Si autem cum ipsis illos 30. qui post expensas epactas remanserunt, & insuper sex concurrentes, quæ isto concurrunt anno, admittimus, 40. statim componimus. Quinquies 7. 35. & remanet 5. qui feriam, quam quartis, designant: quam etiam facilius citiusque invenire licet possumus. Hujus termini regulares sunt sex. & præsentis anni concurrentes similiter 6. qui sunt simul 12. Depositis 7. restant 5. qui prædictam feriam notificant.

4. nonarum April. Pascha, luna 17.

Cal. April. 2. cal. 3. cal. terminus pasch. luna 14.

4. calend. Febr. Septuagesima, luna 13.

5. cal. Febr. 6. cal. 7. cal. terminus 70. luna 10.

11. cal. Martii Quadragesima, luna 5.

12. cal. Mart. 13. cal. 14. cal. terminus 40. luna 2.

Nonas Maji Rogationes, luna 25.

2. nonarum Maji, 3. nona. 4. nona. terminus rogationum, luna vigesima.

12. cal. Junii Pentecostes, luna 7.

13. calend. Junii. 14. cal. 15. cal. terminus Pentecostes, luna quatta.

Vnde procedant regulares majores.

Si cognoscere cupis, unde procedunt regulares majores in mense Martio 36. & in April. 35. hoc argumento reperies. Martius habet dies 31. cui si quinque residuos Ægyptiorum dies addideris, erunt 36. Similiter si Aprilis eosdem quinque adjunxeris, erunt 35. Hoc modo proveniunt in Martium regulares 36. & in Aprilis 35. quibus utendum est inquisitione decimam quartam lunam paschalis, ut inveniri possit, in qua feria, vel in Martio, vel in Aprilis occurrat.

Bedæ Tom. 1.

Vnde procedant regulares minores.

Si scire cupis, unde oriuntur regulares minores in mense Martio 4. & in Aprilis 7. lune dies anni à cal. Januarii usque in cal. Martii: id est, dies 60. & per septimam divide partem, hoc est, octies septem, fiunt 56. remanent quatuor: nempe 4. sunt regulares in mense Martio. Si verò in mense Aprilis similiter reperire vis, hoc argumento reperies. Sunt enim dies anni in calen. Aprilis 91. Hos deinde per 7. decies 7. 70. remanent 21. Divide per 7. septies asse 7. Septies bini 14. remanent 7. quos assumens tene pro regulariis in mense Aprilis. Hoc autem fac per singulos annos, & regulares prædictos, omni sublato ambiguitatis errore reperies.

De paschali, & nativitate decima quarta luna.

Statutum invenimus in cyclo Romanorum, ut nec ante 11. calend. Aprilis, nec post 7. cal. Maji Pascha debeat fieri. Et nec ante 12. cal. Aprilis, nec post 13. cal. Maji decima quarta luna paschalis ullatenus inquire. Similiter quadragesimalis, nec ante 7. idus Februarii, nec post nonas Martii, & Rogationum, nec ante 7. cal. Maji post 10. cal. Junii, & Pentecostes, nec ante 7. idus Maji, nec post 8. idus Junii fieri debet.

Sanctæ etiam memoriæ Theophilus Alexandrinus Episcopus datis epistolis ad Synodum apud Niceam civitatem Bithiniæ, ubi 319. Pontifices convenerunt: seu ad Theodosium Imperatorem, in quibus annuncians, ut ab octavo idus Martii usque in diem nonarum April. diebus scilicet 29. qualiscunque luna nata fuerit, in quolibet medio spatio perhibet facere initium primi mensis 14. à 12. cal. Aprilis usque in 14. cal. Maji, solum inquiri, etiam si die sabbatorum venerit, consequente die dominico, id est, 16. luna, Pascha celebrare conscripsit. Et si die romiuno luna 14. ejusdem mensis eveniret, ipsa hebdomada transacta, ad alterum diem dominicum luna 21. Pascha sine dubio conscripsit. Et hoc sancta Synodus modis omnibus præcavendum constituit, ut ante vernale æquinoctium, quod est 12. cal. April. Pascha nullus inquirat: nec in illa lunatione, quæ ante octavum idus Mart. nata est, vel nonum April. in illa lunatione Pascha nullo modo celebretur. Hoc autem omnibus modis admonemus, ne quis in primi mensis agnitione fallatur: inde etiam maxime discipendæ festivitatis unicus error exoritur, dum initium temporis ignoratur. Initium autem anni & materia bissexti in 12. calend. April. nunc in plenitudine mundi requirenda sunt.

Vnde supra.

Si vis invenire terminum paschalem, vide epactam ad ipsum terminum Paschæ respicientem: quem si minorem quam 15. inveneris, perface ei eundem 15. numerum, computando ab 15. cal. Aprilis, & in quo calendario idem numerus completus fuerit, procul dubio ibi terminus erit. Quod autem 15. epactam inveneris, 11. cal. Aprilis habebis terminum paschalem. Si verò epacta major fuerit quam 15. perface ei numerum 45. computando similiter ab 12. cal. Aprilis: & in quo calendario ipse numerus fuerit perfectus, ibi erit terminus. Quando autem nulla fuerit epacta, ab 11. cal. Aprilis semper computandum est, donec 15. numerus expleatur videlicet usque ad nonas Aprilis.

Vnde supra.

Si post aliquot à præsentibus annos, verbi gratia post 100. Pascha scire velis, epactas tantum & concurrentes solis dies invenire sufficit. Partire centum per 19. & remanent 5. Illas ergo scito epactas centesimo quasi quinto futuræ. Eodem modo centum per 28. dividens, eas centesimo quas decimoquinto anno concurrente solis invenies.

G 3

Vnde

Vnde supra.

Legimus in veteri testamento, quia tribus argumentorum iudiciis paschale tempus sit observare præceptum, ut post æquinoctium, mense primo, ut 3. septimana, id est, à vespere decimæ quartæ lunæ, quod est initium 1. usque ad vespere, id est, terminum 21. lunæ celebraretur. Quarta in ejusdem observatione regula est nobis à tempore Christi resurrectionis imposita, ut æquinoctio transcens luna primi mensis 14. à vespere ortum facere viderimus, non statim ad faciendum Pascha proficiamus: sed dominicum diem, quo ipsum Pascha, id est, transitum de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de pœna ad gloriam resurgendo facere dignatus est.

Vnde supra.

Christianorum Pascha ab 11. cal. April. usq; 7. cal. Maji; quocumque dominica die regulari videret luna occurrit, secundum Pascha modis omnibus celebratur.

De mysterio 14. diei, quo agnus immolatur.

Quartusdecimus dies fidem Christi nobis demonstrat per decem præcepta & quatuor Evangelia. Immolatio agni 14. die convenit, quia Moysaim, decimusquartus ab Adam, primus sanguinem idolis immolavit, usque ad diem vicessimumprimum: id est, in figuris duarum legum, & illarum unitatis. Quartadecima agnus immolabatur die, quando luna plena est, & nihil ei de lumine deest: quia Christus non immolatur, nisi in perfecto corde, & pleno lumine sine tenebris.

Ad inveniendum locum 14. lunæ per 19. annos.

Constat igitur, quod primo anno cycli decennovenalis, quando nulla epacta in capite ponitur, in cal. Mart. luna 9. & in octavo idus Martii 16. occurrit: hanc deduc 30. & incipe primam, & non. April. occurrit 14. qui est terminus primus decennovenalis. Iterum ejusdem 16. quos anno priore in 8. idus Martii habuisti, adde 11. Occurrit eodem die 27. Hanc cum trigesima deduxeris, occurrit sequens 14. luna 8. Aprilis, qui est terminus secundus: sicque lunationibus singulis usque 19. annum, eodem die, 8. idus (scilicet, addendo semper 11. ad præcedentem ejusdem diei lunæ ætatem anni præcedentis. Quotolibet infra trigessimam fuerit, deduc eam trigessimam, & deduc sequentem usque 14. Et ubicumque 14. fuerit, ibi sine ulla ambiguitate terminus paschalis erit. Porro si eodem die 30. incidit, quod tamen non nisi semel per 19. annos fit, deduc more solito sequentem, & ubi 14. occurrerit, ibi terminus erit. Prima verò cum 8. idus Martii occurrerit, eadem proculdubio paschalis erit. Et hoc certissime cave, ne prius natam lunam quam 8. idus Martii paschalem deputes: sed quotacumque eodem die occurrerit, aut tricessimam eodem die teneas, aut tricessimam deducas, & sequentem quotolibet loco 14. occurrerit, paschalem esse non dubites. Iste ordo, & hæc ratio nunquam ex eo die, quo in Niceno Concilio statuta sunt, turbati ab ullo potuit aut poterit, sed potius ille concussus erit, qui eam concutere visus fuerit. Expleto igitur anno decimonono, statu quoque ejusdem anni termino novissimo, si iterum probare volueris, quod hæc ratio ratione consistet, & hæc auctoritas digna auctoritate subsistat, adde eodem hæpedito die octavo idus Martii præcedentis lunæ ætatis non. 11. ut prius scilicet propter saltum lunæ 12. & iterum occurrerit tibi luna in principio, eodem die 16. atque ita sequentia eodem quo prius ordine cuncta provenient.

Quadragesimalium terminorum secundam lunam ostendentium.

8. calend. Martii 5. regulares.

Octonas Martii cepit Lex quinque librorum.

4. Idus Februarii 1. regularia.
 Ast idus Februarii, ternas Deus unus honorat:
 6. Nonarum Martii 6. regulares.
 Nonarum senas secum sex vasa tulerunt.
 21. Calend. Martii 2. regulares.
 Undenas Martii capiunt duo iusta calendas.
 6. Idus Februarii 5. regulares.
 Idibus in senis alacres stant quinque puellæ.
 3. Calendas Martii 3. regulares.
 Terna calendarum tria munaera signa reportant.
 14. Cal. Martii 6. regulares.
 Quatuor & denæ sex exerevère diebus.
 Nonis Martii 4. regulares.
 Martius in nonis bis bina elementa creavit.
 6. Calendas Martii 7. regulares.
 Sexta calendarum septem serti norma lucernas.
 Idus Februarii 3. regulares.
 Idibus in Februari sociatur trina potestas.
 4. Nonarum Martii 1. regularis.
 Nonarum speciale gerit baptisma quaternas.
 9. Calendas Martii 4. regulares.
 Bis bina curis capimus virtute novenos.
 4. Idus Februarii 7. regulares.
 Quaternas idus septem coluere ministri.
 Calendas Martii 5. regulares.
 Senibus ex quinis Martii scrutare calendas.
 4. Calendas Martii 1. regularis.
 Una fides potuit duodenas ferre calendas.
 4. Idus Februarii 4. regulares.
 Septem idus ornant paradisi quatuor amnes.
 4. Calendas Martii 2. regulares.
 Testamenta duo quartas dant ire calendas.
 15. Calendas Martii 5. regulares.
 Quindenæ capiunt stolidè vix quinque forores.
 2. Nonarum Martii 3. regulares.
 Pridie nonarum posuit tria tempora sedi.

In his ergo versibus idus cum audis, mense Februario eas esse scias: calendas verò & nonas in ipsis cum legis, Martii mensis eas esse intelligas. Regulares verò eorundem versuum nonis præsentibus, sed statim à Martio incipientibus iungo concurrentibus.

De initio & luna Quadragesimæ & Pasche.

Si vis scire initium Quadragesimæ, hoc argumento utere: quot diebus post pridie idus Aprilis habueris Pascha, tot diebus post calend. Martii habebis initium Quadragesimæ: & quot diebus ante 2. idus Aprilis habueris Pascha, tot diebus ante cal. Martii habebis initium Quadragesimæ. Et si in pridie idus Aprilis habueris Pascha, in cal. Martii habebis initium Quadragesimæ. Item, quot diebus ante cal. Aprilis habueris Pascha, tot diebus ante 12. cal. Martii habebis initium Quadragesimæ: nisi fortè eo anno billexus sit, tunc uno die minus ante 12. calen. Martii invenies.

Si luna 3. initium quadragesimæ, 15. erit in Pascha. Si 4. initium quadragesimæ, 16. in Pascha: si 5. initium quadragesimæ, 17. in Pascha. Si 6. initium quadragesimæ, 18. in Pascha: si 7. initium quadragesimæ, 19. in Pascha: si 8. initium quadragesimæ, 20. in Pascha: si 9. initium quadragesimæ, 21. in Pascha. Omnis paschalis luna cujuscumque ætatis sit, si detrahas ab ea 12. fiet tibi ætas lunæ, quæ fit in initio quadragesimæ. Verbi gratia: Si 15. est luna paschalis, tolle de 15. 12. remanent 3. tertia est luna initio quadragesimæ, eo anno, quo 15. est in die dominico Pasche. Sic & cetera.

De idibus Februarii usq; in secundum idus Martii dies sunt 34. & de undecimo calendas Aprilis usque in septimum cal. Maji dies sunt 34. Sic investigatum est, quod nec ante sextum idus Februarii, nec post pridie idus Martii initium quadragesimæ alio modo nullatenus fieri potest, nisi tantum infra 34. dies. Et de Pascha investigatum est in concilio sanctorum patrum, quod nec ante 11. cal. Aprilis, nec post 7. cal. Maji debeat fieri. Luna in termino quadragesimæ non reperitur in termino Pasche 14. Sic regulatur dominicus dies festi paschalis ad decimam quartam

lunam

lunam primi mensis: ita & initium quadragesimæ regula- tur, & observat secundam lunam mensis Martii. Quicunq; enim Dominicus secutus fuerit decimam quartam lunam primi mensis, sine dubio Paschalis festi erit. Similiter de quadragesima.

De certis terminis.

Terminus Paschalis requiritur à cal. April. & ab ipso accipiunt ceteri ordinem. Et hoc observandum, quia nunquam ante 12. cal. April. terminus Paschæ, nec ipsa solennitas celebratur, quia decretum est à sanctis Patribus catholicis, ut quamdiu nox superat diem, non celebretur Pascha. At verò postquam dies superare cæperit noctem, adveniente 14. luna agitur terminus, & subsequenti die Dominico statim solennitas Paschæ à cunctis fidelibus celebratur. In ipso termino omni tempore invenitur luna 14.

De septuagesima.

Terminu septuagesimæ invenire cupiens, vide primum quot diebus Paschalis terminus à cal. Aprilis absit, five retrò, five in antè: & computa totidem dies à 5. cal. Febr. similiter vel in antè, vel retrò: & terminum septuagesimæ absque scrupulo reperies. Est autem terminus septuagesimæ luna decima, quæ fit Februarii mensis: id est quæ in illo finiatur. Luna enim cujusq; mensis est, quæ in illo finiatur.

Terminum quadragesimalem à 12. calend. Martis require: incipiens per omnia sic facito, sicut de septuagesima diximus. Est autem luna 2. mensis Martis. Hoc autem in istis duobus terminis observabis, ut bissextili anno uno die tardius requirere incipias: id est, septuagesimam à 4. calend. Februarii, quadragesimam verò ab 11. calend. Martis requirere incipiens, quod in aliis non facies terminis. Et de septuagesimali quidem in omni bissextili anno hoc observabis. De quadragesimali verò tunc tantum cum ipse terminus antè bissextum eventurus sit. Ceterum si post bissextum eventurus sit, & jam in bissextis sicut in aliis annis à 12. calend. requirere incipiens. In termino quoque quadragesimæ bissextili anno solet evenire luna 11. quod ideò notavi, ne cum eveniret, turbaret calculatorem.

Terminus rogationum requiritur à 2. non. Maji, & computantur tot dies, quot & in cæteris terminis. In ipso termino invenitur luna vigesima.

Terminus Pentecostes requiritur à 13. cal. Junii, & computantur similiter ibi totidem dies, quot & in cæteris ter-

minis, in ipso termino invenitur luna 4. Omnes verò termini una eademq; feria provenient, & ut Pascha, sic & istæ cæteræ festivitates in Dominicum diem protelabuntur; & sicut de Pascha diximus, sic de cæteris intellige, ut si in Dominicum diem terminus evenierit, in alteram Dominicam festivitatem differas.

Vnde supra.

Memento enim, quod per 10. & 9. annos termini septuagesimæ luna 10. Febr. mensis, quadragesimæ verò luna 11. Martii, Paschæ, luna 14. April. Rogationum, luna 20. Maji; Pentecostes, luna 4. Junii circumsentur, præter octavum videlicet & decimum nonum annum: in quibus terminus septuagesimæ luna 11. Martii, nec non etiam quadragesimæ luna 2. embolismi mensis constat.

De festibus terminorum.

Post 17. calen. Febr. ubi lunam decimam inveneris, ibi fac terminum septuagesimalem.

Post 8. idus Februarii ubi lunam secundam inveneris, ibi fac terminum quadragesimæ.

Post 13. cal. Aprilis ubi lunam decimam quartam inveneris, ibi fac terminum Paschæ.

Post 7. cal. Maji, ubi lunam vigesimam inveneris, ibi fac terminum rogationum.

Post sextum idus Maji, ubi lunam quartam inveneris, ibi fac terminum Pentecostes.

Quomodo termini sequentis anni per præsentem inveniantur.

Terminum uniuscujusque anni taliter facillimè reperire vales: Præcedentis anni terminum in prima junctura pollicis pone, deinde reliquas ipsius & cæterorum digitorum computando percurrere: & quot tibi ad eandem juncturam repetitam occurrerit, absque dubio terminus erit. Hoc tantum præcave, ut antè 12. calen. Aprilis, nec post 13. cal. Maji velis terminum celebrare.

Item, de terminis.

Notandum quod septuagesimalis terminus bissextili anno non observat loca terminorum, qui in sequentibus describuntur: propter bissextum, & ob hoc in sequentem diem terminus ferendus est, ut concordiam cum termino paschali habeat in ipsa feria, in qua terminus paschalis eodem anno occurrit. Verbi gratia: terminus qui in præsentem anno præscriptus est 10. cal. Febr. translatus est in 9. calen. Febr. Similiter de termino quadragesimali intelligendum est. Si tamen antè bissextum evenierit, bissextili anno Februarii, luna tricesima erit.

Argumentum descriptionis omnium terminorum singulis annis decemnovenalis cycli.

Lu.	Terminus septuagesimæ.	Termini quadragesimæ luna 2.	Initium primi mensis.	Termini paschæ luna 14.	Termini rogationum luna 20.	Termini pentecostes luna 4.	re 8 ^{pl}	Cyclus lunaris.	Observatio luna 1. mensis.
10	cal. febr.	8 cal. mar.	10 cal. april.	non. april.	2 id. maji	9 cal. junii	5	17. em.	no. dec.
11	12 cal. febr.	3 id. febr.	4 id. mar.	8 cal. apr.	11 cal. maji	3 id. maji	1	18. com.	8 cal. jan.
22	5 id. febr.	6 no. mar.	2 cal. apr.	idus aprilis	15 cal. maji	cal. junii	8	19. em.	id. dec.
3	4 cal. febr.	11 cal. mar.	13 cal. apr.	4 no. apr.	nonis maji	12 cal. junii	2	1 com.	cal. jan.
14	15 cal. febr.	6 id. febr.	7 id. mar.	11 cal. april.	6 cal. junii	6 id. maji	5	2 com.	12 cal. jan.
25	8 id. febr.	3 cal. mar.	5 cal. apr.	4 id. apr.	idus maji	4 cal. junii	3	3 em.	4 id. dec.
6	7 cal. febr.	14 cal. mar.	16 cal. apr.	3 cal. apr.	4 cal. junii	15 cal. junii	6	4 com.	4 cal. jan.
17	16 cal. mar.	nonis mar.	non. apr.	14 cal. maji	5 cal. junii	8 id. junii	4	5 em.	15 cal. jan.
28	3 no. febr.	6 cal. mar.	8 cal. apr.	7 id. april.	5 cal. maji	7 cal. junii	7	6 com.	7 id. dec.
9	10 ca febr.	idus febr.	2 id. mar.	6 cal. apr.	cal. maji	id. maji	3	7 em.	7 cal. jan.
20	3 id. febr.	4 no. mar.	4 no. apr.	17 cal. maji	13 cal. junii	3 no. junii	1	8 em.	8 cal. jan.
1	2 cal. febr.	9 cal. mar.	11. cal. apr.	2 no. apr.	7 no. maji	10 cal. junii	4	9 com.	3 no. jan.
12	13 cal. febr.	4 id. febr.	5 id. mar.	9 cal. apr.	4 cal. maji	4 id. maji	7	10 com.	10 cal. jan.
23	6 id. febr.	cal. mar.	3 cal. apr.	2 id. apr.	16 cal. junii	2 cal. junii	5	11 em.	2 id. dec.
4	5 cal. febr.	12 cal. mar.	14 cal. apr.	cal. apr.	2 no. maji	13 cal. junii	1	12 com.	2 cal. jan.
15	16 cal. febr.	7 id. febr.	8 id. mar.	12 cal. apr.	7 cal. maji	7 id. maji	4	13 com.	13 cal. jan.
26	non. febr.	4 cal. mar.	6 cal. apr.	5. id. apr.	2 cal. maji	5 cal. junii	2	14 em.	5 id. dec.
7	8 cal. febr.	15 cal. mar.	17 cal. apr.	4 cal. apr.	5 no. maji	16 cal. junii	5	15 com.	5 cal. jan.
18	idus febr.	2 no. mar.	2 no. apr.	15 cal. maji	11 cal. junii	no. junii	3	16 em.	16 cal. jan.

Argumentum de clavibus terminorum.

Anni	j	26	vj	31	xj	36	xvj	II
	ij	15	vij	20	xij	22	xvij	30
	iii	34	viii	39	xiii	14	xviii	19
	iiii	23	ix	28	xiiii	33	xix	38
	v	12	x	17	xv	22		

Litteræ numerales indicant Annos, chiffera claves.

Si quis per perscriptos regulares quolibet decennovenalis cycli anno terminos omnes invenire cupit, sumat semper septuagesimalem à 7. idus Januarii: quadragesimalem à 5. calend. Februar. Paschalem à 6. idus Martii, rogationum à 7. cal. Maji, Pentecostes à 3. cal. Maji: & ubi ipse numerus præfenti anno annotatus terminabitur, ibi abiq; dubio terminum inveniet.

De adventu Domini.

Notum sit omnibus hominibus, ut quicumque adventum Domini diligenter vult celebrare, videat ut nec antè 5. calend. Decemb. nec post nonas ipsius mensis transeat; sed in his septem diebus ubicunque dies Dominicus advenierit, ibi sine dubio, & absque ullo ambiguitatis errore celebrare valebit. Brevis enim lectio avidius legitur, citius intelligitur.

De annis ab initio mundi inventendis, & per ipsos indictum, cyclum solarem, bissextum, cyclum decennovenalem, & lunarem.

Si vis scire quot sint anni ab origine mundi, multiplica quindecies 409. sunt 6135. adde regulares 7. adde etiam indictionem anni præfentis illis, ipsi sunt anni ab origine mundi. Post expletam indictionem, id est, post decimam quintam, non quindecies 409. sicut modò, sed quindecies 410. multiplicare debes: & deinde post alios quindecim annos, non quindecies 410. sed quindecies 411. Et iterum post alios quindecim annos, non quindecies 411. sed quindecies 412.

Si de ipsis annis approbare volueris quota sit indictio, his adde regulares 8. hos divide per 15. quot remanserint, ipsa erit indictio. Si nihil remanserit, decima quinta erit. Ideò 8. regulares adjiciuntur: quia quando mundus factus est, quasi octo anni de cyclo indictionum remanserant, non quòd antè mundi exordium, vel in ipso mundi primordio fuerit indictio, quæ nec postea fuit usque ad Romanorum tempus, sed quia in illo anno quo indictio primum inventa incepta computari, annis ab initio mundi transactis per quindenam partem propter cyclum indictionum divisus, quindenarii numero anni 7. ceciderant, quasi in primordio mundi 7. indictiones præcessissent, & 8. remanerent. Et hoc non solum de cyclo indictionum: sed etiam de aliis solaribus vel lunaribus cyclis, per annos ab origine mundi secundum cujuslibet cycli numerum divisos inveniens intelligendum est.

Ad cyclum solarem invenendum.

Si vis scire quotus sit circulus solaris, sume annos ab origine mundi quotquot fuerint, & adde cum his regulares 17. & divide per 28. quod desuper fuerit, ipse est cyclus solaris. Si nihil remanserit, 28. erit.

Ad concurrentes inveniendo.

Si vis nosse quot sint concurrentes, tene annos ab origine mundi, & ad ipsos adde quartam partem: & quotquot fuerint, comprehende in unum: hos divide per septem, quod tunc remanserit, ipse est concurrentis. Si nihil remanserit, 7. erunt.

Ad bissextum invenendum.

Si nosse desideras quotus sit annus post bissextum, sume annos ab origine mundi, hos divide per 4. Quot remanserint, verbi gratia: Si unus, aut duo, vel tres, talis erit annus post bissextum. Si nihil remanserit, bissextus erit.

Ad cyclum decennovenalem invenendum.

Si scire cupis quotus sit annus cycli decennovenalis, su-

me suprascriptos annos, cum his adde regulares septem, hos partire per 19. quod remanserit, talis est cyclus decennovenalis. Si nihil remanserit, decimus nonus erit.

Ad cyclum lunæ invenendum.

Si scire cupis quotus sit cyclus lunæ, tene annos (ut suprà diximus) cum his adde regulares 4. hos divide per 19. quod remanserit, ipse est cyclus lunæ. Si nihil remanserit, decimus nonus erit.

Ad epactas invenienda.

Si vis scire quota sit epacta, sume annos ab initio mundi, adde regulares 6. hos divide per 19. quod verò remanserit, multiplica undecies, ipsos iterum divide per 30. quod remanserit, ipsa erit epacta. Si nihil remanserit, 30. erit: id est illa, quæ in principio dicitur nulla.

De annis ab incarnatione Domini inventendis, & per ipsos cetera quæ suprà.

Si vis scire quot sint anni ab incarnatione Domini nostri Jesu, multiplica 62. quindecies, sunt 930. adde regulares 12. adde indictionem ejusdem anni, de quo computare volueris, junge simul: & quotquot fuerint, ipsi sunt anni ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi. Hoc tantum memor esto sollicitus, ut succedentibus annis semper cum ad decimam quintam indictionem perveneris. Verbi gratia: Si 62. quindecies in numero computabas, deinde 63. computare debes: id est, sequenti anno post 15. indictionem. Post 15. annos, id est quando prima indictio iterum erit, non 62. quindecies sicut modò, sed 63. multiplica. Et quando iterum prima fuerit, 64. multiplica: & cum rursus prima fuerit, 65. quindecies multiplica.

Ad indictionem invenienda.

Si scire cupis, quota sit indictio, sume annos ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, cum his adde regulares 3. hos divide per 15. quot remanserint, talis erit indictio. Si nihil remanserit, 15. erit.

Ad cyclum solarem invenendum.

Si vis nosse quotus sit solaris cycli, tene annos ab incarnatione Domini quotquot fuerint, cum his adde regulares 9. & quotquot fuerint, divide per 28. quod remanserit, ipse est cyclus solaris: si nihil remanserit, 28. erit.

Item.

Si vis nosse, quot sint in ordine cycli solaris, scias annos Domini quot fuerint, & ex ipsis subtrahere 8. quia tot anni restabant de eodem cyclo solari, quando Dominus incarnatus est, & quot remanent, divide per 28. quot superfuerint, ipsi sunt anni in serie ejusdem cycli.

Ad concurrentes.

Si concurrentes invenire cupis, sume annos ab incarnatione Domini quotquot fuerint, his quartam partem semper adde, & in super adde quatuor: hos divide per 7. quot verò remanserint, ipsi sunt concurrentes. Si nihil remanserit, 7. erunt.

Ad bissextum.

Si cognoscere cupis quotus sit annus à bissexto, tene annos, quos suprà diximus, nullo addito vel adempto. Hos divide per 4. quot remanserint, talis erit annus post bissextum, si nihil remanserit, bissextus erit.

Ad cyclum decennovenalem.

Si nosse vis, quotus sit cyclus decennovenalis, tene annos ab incarnatione Domini, & unum semper adde.

Hos partire per 10. & 9. quod remanserit, ipse est cyclus decennovenalis. Si nihil remanserit, 19. erit.

Ad cyclum lunarem.

Si vis cognoscere quotus sit cyclus lunaris, tene annos, ut supra diximus: ex his subtrahere duos, reliquos divide per 19. quod remanserit, ipse est cyclus lunaris. Si nihil remanserit, 19. erit.

Ad epactas inveniendas.

Si vis scire, quot sunt epactæ, sume supradictos annos: hos divide per 19. quod remanserit, multiplica undecies, ipsos iterum divide per 30. quod verò remanserit, ipsa erit epacta.

Per exempla de antedictis argumentis, per annos ab origine mundi.

Si vis scire quot sint anni ab origine mundi, multiplica quindicies 409. sunt 6135. adde regulares 7. sunt 6142. adde etiam indictionem anni præsentis, quæ est secunda, sunt 1144. Multiplica quindicies 409. D. Quomodo? M. 400. 800. 1200. 1600. 2000. 4000. 6000. 9. 18. 27. 36. 45. 90. 135. Junge 6135. adde regulares 7. sunt 6142. adde indictionem secundam, sunt 6144. Tot igitur sunt anni secundum nostram computationem ab initio mundi usque in præsentem annum, qui est sine dubio ab incarnatione Domini noningentesimus quadragesimus quartus, juxta cyclum Dionysii.

De indictione.

Hos 6144. divide per 15. quot remanserint, ipsa erit indictio. D. Quomodo? M. 15. 30. 60. 90. 120. 150. 180. 210. 240. 270. 300. 600. 900. 1200. 1500. 1800. 2100. 2400. 2700. 3000. 6000. Restant 152. hos divide per 15. 15. 30. 60. 90. 120. 150. remanent duo, secunda indictio est hoc anno.

Ad cyclum solarem inveniendum.

Hos divide per 28. quod desuper fuerit, ipse est cyclus solaris. D. Quomodo? M. 28. 56. 112. 224. 448. 896. 28. 56. 112. sunt 1008. Sexies mille 8. 6048. restant 113. hos adhuc divide per 28. 28. 56. 112. remanet 1. Primus annus est in ordine cycli solaris hoc anno.

Ad concurrentes inveniendos.

Hos divide per 7. quod tunc remanserit, ipse est concurrentes. D. Quomodo? M. Cum 6000. adde 1500. & cum 144. 36. quis talis est quarta pars illorum, & erunt in summa 7680. hos divide per 7. D. Quomodo? M. Quinquies 7. 350. 700. 1050. Septies 1050. 7305. restant 330. hos adhuc divide per 7. Quadragies 7. 280. & adhuc restant 50. Hos divide per 7. septies 7. 49. remanet 1. Primus concurrentes est hoc anno.

Ad bissextum inveniendum.

Hos divide per 4. quot remanserint: verbi gratia: Si unus, aut duo, vel tres, talis erit annus post bissextum. D. Quomodo? M. 4. 8. 12. 16. 20. 40. 60. 80. 100. Decies centum, mille: sexies mille, 6000. restant 144. hos adhuc divide per quatuor. Quinquies quatuor 20. quinquies 20. 100. & adhuc restant 44. hos divide per 4. undecies, 4. 44. Nunc autem nullus remanet, quia bissextus est hoc anno.

Ad decennovenalem cyclum inveniendum.

Hos partire per 19. quod remanserit, cyclus est decennovenalis. D. Quomodo? M. 19. 39. 57. 76. 95. 114. 133. 152. 171. 190. 209. 228. 247. 266. 285. 304. 608. 912. 19. 38. 57.

76. 95. qui sunt simul 1007. Sexies 1007. 6042. restant 109. hos divide adhuc per 10 & 9. 19. 38. 57. 76. 95. remanent 14. quartusdecimus annus est in ordine cycli decennovenalis hoc anno.

Ad lunarem cyclum.

Hos divide per 19. quod remanserit, ipse est cyclus lunæ. D. Quomodo? M. Divide per 19. ut supra restant 106. hos adhuc divide per 19. 19. 38. 57. 76. 95. remanet 11. Undecimus annus est in ordine cycli lunaris hoc anno.

Ad epactam inveniendam.

Hos divide per 19. quod verò remanserit, multiplica undecies: ipsos iterum divide per triginta: quod remanserit, ipsa erit epacta. D. Quomodo? M. Si autem totum istum numerum per 19. dividis, ut supra, restant 108. hos adhuc divide per 19. 19. 38. 57. 76. 95. restant 13. ipsos enim multiplica undecies. D. Quomodo? M. Undecies 10. 110. undecies 3. 33. qui sunt simul 143. hos divide per triginta, 30. 60. 90. 120. remanent 23. quia tot sunt epactæ hoc anno.

De annis Domini & ceteris argumentis, quæ supra.

Si vis scire quot sint anni ab incarnatione Domini, multiplica 62. sexies. D. Quomodo? M. 60. 120. 180. 240. 300. 600. 900. Bis 15. 30. adde 12. regulares, sunt 942. adde indictionem anni præsentis, quæ est secunda, sunt 944. Tot igitur sine dubio sunt anni ab incarnatione Domini juxta cyclum Dionysii.

Ad indictionem.

Hos divide per 15. quot remanserint, talis erit indictio. D. Quomodo? M. 15. 30. 60. 90. 120. 150. 180. 210. 240. 270. 300. 600. 900. Restant 47. hos adhuc divide per 15. Ter 15. 45. remanent duo: secunda indictio est hoc anno.

Ad cyclum solarem.

Et quotquot fuerint, divide per 28. quod remanserit, ipse est cyclus solaris. D. Quomodo? M. 28. 56. 112. 224. 448. 896. Restant 57. hos adhuc divide per 28. 28. 56. remanet unus. Primus annus est in ordine cycli solaris hoc anno.

Ad concurrentes.

Hos verò divide per 7. quot remanserint, ipsi sunt concurrentes. D. Quomodo? M. Cum noningentis adde 225. & cum 44. 11. quia talis est quarta pars illorum, & erunt in summa 1184. hos divide per 7. D. Quomodo? M. Quinquages 7. 350. 700. 1050. restant 134. hos adhuc divide per 7. Decies septem 70. restant 64. hos divide per septem. Nonies septem 63. remanet 1. Primus sive prima concurrentes est hoc anno.

Ad bissextum.

Hos divide per quatuor, quot remanserint, talis erit annus post bissextum. D. Quomodo? M. 4. 7. 12. 16. 20. 40. 60. 80. 100. 200. 300. 600. 900. restant 44. hos adhuc divide per quatuor. Undecies quatuor, 44. nunc autem nullus remanet: quia bissextus est hoc anno.

Ad decennovenalem cyclum.

Hos partire per 19. quot remanserint, ipse est cyclus decennovenalis. D. Quomodo? M. 19. 38. 57. 76. 95. 114. 133. 152. 171. 190. 209. 228. 247. 266. 285. 304. 608. 912. Restant 33. dimitte 19. remanent 14. Quartusdecimus annus est in ordine cycli decennovenalis hoc anno.

Ad cyclum lunarem.

Reliquos divide per 19. quod remanserit, ipse est cyclus lunaris. D. Quomodo? M. Divide per 19. ut supra, restant 30. Dimitte 19. remanent 11. undecimus annus est in ordine cycli lunaris hoc anno.

Ad epactam inveniendam.

Hos divide per 19. quod remanserit, multiplica undecies: ipsos iterum divide per 30. quod verò remanserit, ipsa est epacta. D. Quomodo? M. Similiter ut supra. Dimitte 912. restant 32. ex his subtrahe 19. remanent 13. hos multiplica undecies. D. Quomodo? M. Undecies decem 110. undecies tres 33. qui sunt simul 144. hos divide per 30. 90. 120. remanent 23. quia tot sunt epactæ hoc anno.

Per omnem quoque computum quem ducis, si nihil supra fuerit, scias eundem esse completum. Verbi gratia: Si numerum annorum Domini per 4. dividis, & nihil restat, bissextus est. Si verò indictionem quæris, & post decimam quantum divisionem nihil remanet, decimam quintam scias esse indictionem. Similiter de cæteris intellige argumentis.

Item cuiusdam, quem probamus de antescrptis argumentis.

Si vis scire quot sunt anni ab incarnatione Domini, multiplica 76. quindecies: adde quatuor regulares: quia de illa indictione 11. anni præcesserunt, & quatuor adhuc restabant, adde insuper illius anni indictionem, de quo computare vis sicut hoc anno 3. vel illis simul 972. cum juxta Dionysium 950. inveniantur hoc anno, sicut in cyclo ipsius apparet. Post expletam indictionem unum adijce.

Ad indictionem inveniendam.

Si vis scire quanta sit indictio, sume supradictos annos, & his adijce regulares 11. illos scilicet annos, qui præcesserunt ipsam incarnationem, & divide per 15. Quot remanserint, talis erit indictio.

Ad cyclum solarem inveniendum.

Si vis scire quotus sit annus solaris cycli, sume supradictos annos. & his adijce quindecim: quia tot anni de ipso cyclo præcesserunt, ac 13. restabant, & divide per 28. Quot remanserint, talis erit annus cycli solaris.

Ad concurrentes inveniendos.

Si vis scire quot sint concurrentes, supradictos annos sume, & prius duos ex his subtrahe propter bissextum, qui tunc in secundo exitit anno: deinde cum reliquis omnibus quartam partem ipsorum adijce, ac deinde per septem divide: quot remanserint, tot sunt concurrentes.

Ad bissextum.

Si vis scire utrum bissextus, vel quotus ab eo sit annus, sume supradictos annos, atque ex his subtrahe duos, propter bissextum, qui tunc ut supra dictum est, in secundo exitit anno, reliquos verò divide per quatuor, quot enim remanserunt, tot sunt anni post bissextum: si nihil remanserit, bissextus est.

Ad decennovenalem cyclum inveniendum.

Si vis scire quotus sit annus cycli decennovenalis, sume supradictos annos, & ex his subtrahe duos propter totidem annos, qui adhuc de eodem cyclo restabant, ac deinde per 19. divide: quot remanserint, talis erit annus cycli decennovenalis. Si nihil remanserit, 19. erit.

Ad lunarem cyclum.

Si vis scire quotus sit annus cycli lunaris, tene supradictos annos, & ex his subtrahe quinque, quia tot anni de eodem cyclo adhuc restabant, & divide per 19. quot remanserint, talis erit annus cycli lunaris.

Ad epactam inveniendam.

Si vis scire quot sint epactæ, sume supradictos annos, & ex his subtrahe 3. ut ad secundum decennovenalis cycli annum pervenire valeas, ubi ipse epactarum cyclus incipit. Reliquos per 19. divide, quod verò remanserit, multiplica undecies, & si numerus ille infra 30. remanserit, epactas illius anni esse scias. Si ultra excreverit, tolle 30. & reliquos pro epactis tene. Hæc enim ille solus contemnat, qui auctorem illorum jure reprehendere valet.

De ordine indictionum.

Indictio dicitur ab indicendo. Cum enim Romani omnibus gentibus imperarent, omnibus tributa indixerunt, quæ eis quinto semper anno pendebantur: sed primo quinquennio æs, secundo argentum, tertio solvebatur aurum: quarto rursus à principio repetebatur, id est, ab ære: unde junctis tribus quinquenniis, quindecim annorum indictiones singulæ institutæ. Et cautum est, ut nullus liber, nullum principis edictum ratum haberetur, quod indictio non præferret. Singulis autem quinquenniis peracto censu, mos erat urbem lustrare, id est circuire, quæ ob purgationem sui: unde & quinquennium lustrum dicitur, & lustrare, purgare sæpissime dicimus. *Item.*

Antiqua Romanorum industria comperimus indictiones ad cavendum errorem, qui de temporibus fortè oboriri poterat institutas. Cum enim, verbi gratia, quilibet Imperator medio anni tempore vita vel regno decederet, poterat evenire ut eundem annum unus historicus ejusdem regis acriter temporibus, eo quòd ejus partem regnaret. Alter verò historicus eundem successor illius potius attulandum putaret, eo quòd & hic partem ejus æque haberet in regno. Verùm ne per hujuscemodi dissimilitudinem error temporibus inolefceret, statuerunt indictiones, quibus uterque scriptor, immò etiam vulgus omnem temporum cursum facillimè conservaret, quas pro facilitate etiam calculandi quindecim esse voluerunt.

Vide concurrentes.

Si vis scire unde concurrentes accipiunt exordium, sine dubio de ipsis septem diebus, per quos volvitur mundus: quia ultra septem non transit numerus concurrentiũ, nec numerus septimanæ dierum. D. Primus concurrentis in capite unde accipit exordium? M. Annus solaris habet dies 365. hos divide per 7. Septies 52. 364. remanet 1. Inde ponitur in capite primus concurrentis. Et postea in secundo anno adde unum, in tertio duos, in quarto tres, & in anno quinto bissexti, adde quinque. In hoc autem solertem curam adhibe, ut per alios præparationis bissexti, sicut supra diximus, sic adicias semper unum post unum, & anno bissexti duos adicias, & cave ne ultra septem transeas, sed ad unum post septem semper redeas: & sic per 28. lineas curras. Diligentius attende, & minimè in hoc falleris.

De punctis, quadrante & bissexto.

Unus punctus, quarta pars horæ, & facit 10. momenta: duo puncti, 20. momenta: tres, 30. quatuor, 40. & ista 40. momenta faciunt unam horam. Et 6. horæ in uno anno faciunt quadrantem unum: & 4. quadrantes in 4. annis faciunt diem & noctem: & est ipsa dies quæ dicitur bissextus, qui legitur 6. cal. Martii. Verbi gratia: Si hodie legitur 6. cal. Mar. & cras, 6. cal. Mar. Propterea dicitur bissextus, quia bis legitur 6. cal. Martii. *Item.*

Bissextum non ob illum diem fieri, ut quidam putant,

cùm

cūm Josue orabat solem stare, credendum est: quia ille dies fuit, & præterit. Sed ob hoc dicitur bissextus, quod in unoquoque mense punctus unus accrescat. Punctus vero quarta pars horæ est. Quatuor verò puncti in sole unam horam faciunt, duodecim verò puncti tres horas explicant. Ergo in quatuor annis ternæ horæ, quæ sunt 12. unum diem artificialem faciunt, quæ additur Februario cum 6. cal. Martii, habuerit, ut in crastino sic habeat. Verbi gratia: Si hodie 6. cal. Martii additur ille dies, qui in quatuor annis expletus est, nihilominus & in crastino legitur sexto cal. Mart. Et ideo bissextus dicitur, quia bis 6. cal. Martii habet Februarius. Ob hoc ergo bissextilem diem in mense Februario placuit intercalari Romanis: quia hic brevior cæteris, & extremus anni mensis erat.

Item.

Bissextus est per annos quatuor unus dies adjectus. Crescit enim per singulos annos quarta pars assis: at ubi quarto anno allem compleverit, bissextilem annum facit. Dicitur enim bissextus, quia bis sexties ductus assis facit: quod est unus dies, sicut & quadrans propter quater ductum, quod est bissextus, quem super diem cursum in annum sol facit. A sexto nonas Martii usque in diem 2. cal. Jan. in lunæ cursu bissextus apponitur, atque inde trahitur. Intercalares autem dies idcirco vocantur, quia interponuntur, ut ratio lunæ solisque veniat. Calare enim, ponere dicitur: intercalare, interponere.

Quis primus bissextum invenit.

D. Quis primum bissextum invenit? M. Julius Cæsar invenit eum quadagesimo octavo anno ante nativitatem Christi, & censuit nominandum. D. Bissexus cur dicitur? M. Quia bis 6. antequam venias ad cal. Mart. duos dies lignificare uno nomine velit, unum naturale, & alterum artificialem. D. Quæ causa ponitur in diebus anni? M. Per singulos annos unum quadrans, & cūm impleti fuerint quatuor quadrantes, tunc diem plenum faciunt, qui bissextus vocatur. Collectus est per mille 360. dies, & est quasi advena & peregrinus. D. Quare bissextus dicitur, & quid esset, si non fuisset bissextus? M. Propterea fit bissextus, quia non implet 365. dies anno solari sine quadrante. Quadrans fit per totum annum, & menses singulos, & per dies & annos momenta colliguntur. D. Quomodo colliguntur? Per unumquemque diem & noctem colliguntur duæ partes momenti. In tribus diebus colliguntur duo momenta, & ita in triginta diebus & noctibus colliguntur momenta viginti: & sic per totum annum colliguntur momenta 240. hoc sunt 24. puncti, qui faciunt sex horas, id est, quadrans.

Quot bissexti unus accrescat annus.

In quatuor annis, unus dies: in octo, duo: in duodecim, tres: in sedecim, quatuor: in viginti, quinque dies accrescunt: in viginti octo, hebdomadam complent: in quadraginta annis, dies triginta: in 120. unciam unius anni præparant: in 360. duos menses ostendunt: in 480. quatuor menses esse probantur: quæ est tertia pars unius anni. In 960. bissexti unius anni manifestum est. In 1460. annis, annum interregum, id est, 365. dies approbantur.

Quæ sit differentia inter decemvenalem & lunarem cyclum.

Quæ sit differentia inter cyclum decemvenalem & lunarem, legentibus scire convenit. Scimus enim quod uterque cyclus in lunam currit, & uterque decem & novem annos habet. Cyclus decemvenalis à sancto Moysè divinitus revelatus est, jubente Domino, ut hi qui longè habitabant, in secundo mense Pascha Scire celebrare: & in diebus Solis variatur, hoc est super luna 14. primi mensis. Deinde nos oportet investigare: quis constituit cyclum lunarem, aut quo tempore inventus fuisset. Constat enim à Romanis 30. anno ante nativitatē Christi inventū fuisse,

hoc est in primo anno regni Herodis filii Antipatris Archelionitis, qui primus de gentibus regnum Judæorum ab Octaviano per munera acquisivit, & regnavit annos 37. Et sicut cyclus decemvenalis secundum legalem Hebræorum constitutionem luna 14. Paschæ incipit, ibique finitur: ita Romani constituerunt cyclum lunarem inchoari à cal. Jan. ibique terminari: & per singulos annos ætatem lunæ probare, quin etiam quotidie qua hora, quo puncto accenditur, vel extinguitur. Et sicut decemvenalis cyclus per binos communes & tertium embolismum discurrit, ita cyclus lunaris simili ordine procedit: excepto quod quartus annus decemvenalis cycli ipse est primus cycli lunaris.

De origine epactarum.

Si vis scire unde procedunt epactæ, id est, adjectiones lunæ, tene dies de anno solari & de anno communi lunari. Annus solaris habet dies 365. lunaris 354. plures undecim dies sunt in anno solari quam lunari. De illis efficiuntur epactæ, id est, undecim adjectiones lunares in capite. Hos pro epactis undecim in capite assume. Vel alio modo: Tene quinque intercalares, & sex semilunæ mitte intus, faciunt undecim, sic sunt undecim in capite. Hos pro adjectionibus habeto: de quibus cætera hoc modo proveniunt. Adde undecim quos invenisti, & adde iterum undecim, sunt 22, hos pro epacta sequenti habeto. Et undecim super viginti duo iterum adjicies, sunt 33. recide 30. remanent tres: quos pro epacta teneto. Rursum adunge 11. super tres, efficiunt 14. tota sequitur epacta. Sic deinceps faciens epactas facillimè reperies. Tantum memor esto, ut ultra 30. non transeas. In fine 19. anni habebis epactas 18. Adde 12. super 18. sunt 29. Adde saltem lunæ, sunt 30. Hic apparet quod non addit, sed salit in retro unum diem. Ista trigesima epacta est in capite. Has igitur epactas & regulares, id est, Septembris 5. Octobr. 5. & cætera usque in finem mitte simul, & si ultra 30. remanserint, subtraha 30. quod remanserit, talis erit lunæ ætas in calendis uniuscujusque mensis, quando communis erit annus. In embolismis igitur cave diligenter.

De magno cyclo.

Si scire cupis unde oriatur cyclus magnus, hoc scito, quia concurrentes solis sunt 28. & concurrentes lunæ 19. Ipsi in semetipsis multiplicati faciunt cyclum magnum: id est, si duxeris 19. vigesiocties, faciunt 372. annos, qui est magnus annus: in quo omnia sidera cæli ad pristinum redeunt cursum.

De solstitiis & æquinoctiis.

Solstitia duo sunt, primum hyemalo, 8. cal. Januar. qua die natus est Dominus noster Jesus Christus secundum carnem ex Maria Virgine in Bethleem, in quo sol stat, & dies incipiunt crescere. Alterum solstitium æstivale 8. cal. Julii, qua die in provincia Palæstina, civitate Sebaste est nativitas sancti Joannis Baptiste, & in Epheso sancti Joannis Evangeliste: & tunc sol stat, & dies incipiunt decrescere. His contrariò duo sunt æquinoctia. Primum vernale æquinoctium 2. calend. April. in qua die coæquatur dies crescens cum nocte, & ipsa die est conceptio sanctæ Dei genitricis Mariæ, quando salutata est ab angelo: in qua etiam die passus est Dominus noster Jesus Christus secundum carnem in Hierosolyma. Alterum æquinoctium autumnale 8. cal. Octob. in qua die coæquatur dies decrescens cum nocte: & ipsa die est conceptio sancti Joannis Baptiste, in castello Macherunta. Ex 8. cal. April. usque in 8. cal. Jan. dies numerantur 275. Unde secundum numerum dierum conceptus est Christus Dominus noster die Dominico, 8. cal. April. & natus est tertia feria, 8. cal. Jan. & à nativitate ejus usque in diem qua passus est, sunt anni 32. & menses 3. 12. 14. Inde secundum numerum dierum constat eum tertia feria natum, & passum sexta feria, natum 8. cal. Jan. passum 8. cal. April. Ex quo verò baptizatus est Dominus noster, usque in diem qua passus est, sunt anni 2. & dies

numero

numero 90. qui faciunt dies 210. & sic baptizatus est 8. idus Jan. secunda feria, & passus est, ut superius dixi, 8. calend. April. sexta feria. Cum diebus vero suis sunt simul dies 12414. & ab 8 cal. Jan. usque in 8 cal. April. dies 90.

De diversis argumentis.

Si vis scire quare septem regulares addas in argumento de initio mundi, hoc memor esto, quod in septem diebus fecit Dominus cælum & terram, & septem dies præcepit esse futuros, & propter hoc sumuntur in calculatione. D. Et quare per quindecim jubet multiplicare? M. Quia cyclus indictionis 15 annos habet non amplius. D. Quare cyclus solaris per 28 partes est divisus? M. Quia in viginti & octo annis explet cursum suum. D. Quare in cyclo lunari adduntur 4 regulares? M. Quia luna quadrantem habet sicut & sol, & propter hoc quatuor regulares admittuntur, vel propter hoc quatuor regulares, quia retro cyclo decennovenali in quarto anno cyclus lunaris mittitur. D. Quare per novemdecim partes dividitur? M. Quia ultra novemdecim annos non ascendit, sed iterum primus numeratur. D. Quare etiam septem regulares ponuntur in cyclo decennovenali? M. Si intelligis, plenter invenies. Attende quid dicit: In cyclo lunari 4. regulares assumes, numerata postea quot annis est in retro cyclus decennovenalis, sine dubio 3. adde tres ad quatuor, sunt 7. Isti 7. assumendi sunt in cyclo decennovenali, & ipsos divide per novemdecim partes. D. Quare per ipsas? M. Quia suum nomen explet. Cyclus decennovenalis vocatur, quia per 19 annos currit: & propter hoc per 19 divisus est. D. Quare ad bissextum nihil addis nisi annos ab initio mundi? M. Sine dubio quia materia bissexti ab initio semper præparatur. D. Quare etiam 12 regulares ad annos Domini inveniendo computavit? M. Quia non putavit inde facere plenam indictionem, nisi 12 adde dixisset. D. Quare tres regulares mittuntur ad indictionem inveniendo? M. Quia quando incarnatio Domini facta est, tres anni de illa indictione præcesserunt. D. Quare per quindecim partes jubet dividere? M. Quia cyclus indictionis per quindecim annos currit. D. Quare epacta per novemdecim partes dividitur? M. Quia cyclus epactarum per novemdecim annos variatur. D. Quare iterum per 11 jubet multiplicare? M. Quia undecim accessores accedunt omni anno. D. Quare iterum jubet dividere per 30 partes? M. Quia ultra 30. non ascendit. D. Quare ad concurrentes inveniendo cyclum solarem jubet addere? M. Quia per cyclum solarem numerantur bissexti. D. Quare quartam partem jubet addere, & quid est quarta pars? M. Quarta pars est bissexti ab initio cyli usque ad finem, & propter hoc ipsam quartam partem jubet addere: quia in quarto anno fit bissextus. D. Quare per septem partes jubet dividere? M. Quia ultra septem concurrentes non ascendunt. D. Quare ad cyclum decennovenalem unum regularem jubet adijcere? M. Quia quando incarnatio facta est, unus annus de cyclo decennovenali præcessit. Attende quomodo 8 cal. April. Christus conceptus, non. Aprilis jam transit, & propter hoc unum addit. D. Quare partiri jubet per 19 partes? M. Quia per novemdecim annos currit. D. Quare de cyclo lunari duos regulares subtrahere jubet? M. Quia quando incarnatio facta est, duo anni de cyclo lunari remanserunt. D. Quare per novemdecim partes jubet dividere? M. Quia ultra 19 non ascendit.

Vbi mutantur anni, epacta, indictiones, &c.

Anni ab origine mundi mutantur in 15. cal. Aprilis singulis annis. Anni ab incarnatione Domini mutantur 8 cal. Jan. Epacta incipiunt secundum Aegyptios à calend. Septembris, secundum Romanos à cal. Jan. Indictiones incipiunt ab 8 calend. Octobris, ibidemque terminantur. Cyclus lunaris incipit & desinit in cal. Januar. Concurrentes incipiunt à cal. Martii, ibidemque terminantur. Annus communis & embolismus, & cyclus decennovenalis incipit à prima luna primi mensis, id est, ab ipsa, quæ ter-

minum paschalem demonstrat, eo aono quo luna prima est 10. cal. Aprilis.

De feria & luna, pueri ad puerum Dialogus.

Interrog. In qua feria fuerunt calendæ Jan. hoc anno? *Respons.* In tertia. I. Unde noscitur? R. Januarius habet tres regulares secundum Aegyptios, ad feriam in capite ipsius inquirendam, & concurrentes erant tunc septem, qui simul juncti, decem faciunt, Sublati septem, remanent tres. Aliter Januarius habet 2. regulares secundum Romanos. Si cum ipsis 1. concurrentem, illum scilicet, qui post septem prædictos concurrentes sequitur adjungimus, sunt similiter 3. calendæ 8. idus, 19. 18. 17. 16. 15. 8. cal. Febr. in 6. feria. I. Unde hoc scitis? R. Februarius habet sex regulares, hi quoque & septem concurrentes sequitur adjungimus, sunt similiter 3. calendæ 8. idus, 19. 18. 17. 16. 15. 8. cal. Febr. in 6. feria. I. Unde hoc scitis? R. Febr. habet sex regulares, hi quoque & septem concurrentes sequitur adjungimus, sunt similiter 3. calendæ 8. idus, 19. 18. 17. 16. 15. 8. cal. Febr. in 6. feria. I. Qualiter hoc scire possimus? R. Ipse autem habet sex regulares, & unum habemus concurrentem: hic simul acciturus numerus 7 reddere creditur. Calen. 6 idus, 18 cal. Julii, 17. 16. 15. 8 cal. Julii in secunda feria. I. Ostendite quomodo? R. Unus regularis, & unus concursus duos constituunt cal. octo idus, & idus 17. cal. Augusti, 16. 15. 8 cal. Augusti in quinta feria. I. Unde hoc patet? R. Augustus habet quatuor regulares, & unus est modò concursus: qui numerus in unum nexus, quinque facere creditur calend. sex idus, 19 cal. Septemb. 18. 17. 16. 15. 8 cal. Septemb. in prima feria. I. Pandite utrum ita sit, an non? R. September habet regulares septem, si cum illis sæpe dictum jungimus concurrentem, octo sine dubio habebimus. Avullis septem, remanet unus calend. sex idus, 18. calend. Octobr. 17. 16. 15. 8 cal. Octobr. in tertia feria. I. Tractate ipsum numerum. R. Unus & duo, tres in simul constituunt cal. octo idus, & idus 17. cal. Novemb. 16. 15. 8 cal. Novemb. in sexta feria. I. Quo ingenio hoc videri potest? R. Quingue & unum, sex reddunt calend. sex idus, 18. calend. Decembr. 17. 16. 15. 8 cal. Decembr. in prima feria. I. Unde hoc scire possimus? R. Unus autem & septem, octo ex se procreare videntur, dimissis septem, restat unus, calend. 6 idus, 19 cal. Jan. 18. 17. 16. 15. 8 cal. Jan. in quarta feria. I. Manifestate hoc. R. Unus autem & tres quatuor reddere arbitrantur. I. Quota feria est hodie? R. Sexta. I. Unde noscitur? R. Majus habet tres regulares ad feriam hebdomadis inquirendam, & concurrentes sunt modò tres, qui simul juncti faciunt sex: sexta feria est hodie. I. Quota est luna? R. Vigesima. I. Unde hoc apparet? R. Majus habet undecim regulares ad ætatem lunæ inquirendam, & epacta sunt modò novem, qui simul juncti sunt viginti. Ita hodie ætatem lunæ esse credimus. I. Quota feria est hodie? R. Septima. I. Unde hoc patet? R. Dies istius mensis sunt hodie duo, horum uno detricto, remanet alter. Et si cum illo sex regulares, id est, numerum feriarum, quæ sunt in calendis jungimus, aperte septem esse videmus. I. Quota est luna? R. Vigesima prima. I. Unde hoc agnoscere possimus? R. Dies mensis sunt, ut diximus, duo. Si ex ipsis unum sejungimus, & cum altero 20 ateximus, sunt simul 20 & 1. qui quamvis tacite, ætatem lunæ prædicunt. I. Quota feria est hodie? R. Prima. I. Unde hoc certum est? R. Dies istius mensis sunt jam præteriti duo, si enim cum illis sex regulares censerimus, octo in propatulo habemus. Sequentis septem, remanet unus: quia prima feria est. I. Quota est luna? R. Vigesima secunda. I. Unde hoc certum tenetis? R. Duos dies istius mensis scimus esse præteritos, si autem cum illis 20. id est, ætatem lunæ, quæ fuit in capite istius mensis

apponimus, viginti & duo apparent, qui hodiernam lunæ atatem significant. 1. Quota feria legitur hodie? R. Sexta. 1. qualiter hoc scire possimus? R. Dies anni præsentis sunt præteriti 120. si ergo cum illis numerum feriarum, quæ sunt in capite istius anni, quatuor scilicet, insuper etiam diem bissexti annectimus, & deinceps hanc summam per 7. metimur, sex indivisi restant, qui prædictam feriam demonstrant. 1. Quota est hodie luna? R. Ut reor, vigesima. 1. Quomodo hoc credendum est? R. Sicut jam diximus dies anni sunt præteriti 120. at si cum ipsis atatem lunæ, quæ fuit in cal. Janu. 18. videlicet connumeramus, 138. in similitudinem efficiunt. Demptis 18. qui sunt quatuor lunationum dies, tum superflui atatem lunæ pandunt.

1. Luna vigesima quot punctis lucet? R. quadraginta, juxta Plinii verò supputationem tria momenta, & tertiam partem unius momenti minus. 1. Quot horis? R. Octo. 1. qualiter hoc investigare debemus? R. A 20. usque ad 30. sunt 10. qui quater ducti faciunt 40. qui sunt octo horarum puncti. 1. Luna vigesima quot partibus distat à sole? R. quater 20. 80. Item ter 80. 240. Tot igitur partibus distat à sole, & post totidem dies eundem solem venturum esse credimus ad locum, quem præsens luna circumferet. 1. In quo signo fuit modò luna prima? R. In arietem. 1. In qua parte? R. In vigesima sexta. 1. In quo calendario? R. In 2. idus April. 1. In quo signo commoratur hodie? R. Non possumus ex hoc facile respondere, nisi aliquid inspicimus undique. Scimus solem nunc habitare in tauro, & 14. dies jam exactos habere in illo, restareque adhuc 16. de completionem signi, quos ex partibus, quibus lunam à sole remotam invenimus, illi, id est, tauro ad explendum in eo iter solis supplere debemus. Recidis de 240. sexdecim, & 224. qui restant per tricenarium numerum expensos 14. nobis restant, qui tot partes lunam in capricorno degere conjiciunt. 1. In qua hora, vel in quo puncto erit hodie luna accensà à sole? R. Cyclus lunaris est modò septimus. Si igitur illum quinquies ducimus, ipsumque numerum. 1. 35. & dies anni præsentis, qui sunt 120. & unum simul conglutinamus, ac deinde per 60. expendimus 36. restant, qui sunt puncti istius diei: qui etiam in primo puncto octava horæ lunam à sole accendi demonstrant. Iterum autem si prædictum cyclum sexies verigimus, & 36. punctos, qui remanserant, necnon & duas monades ob duos sexagenarios, insuper diem etiam præsentem in unum copulamus, ac postremò per 30. findimus, viginti & unus adhuc indivisi manent, qui illam atatem pandunt, quam luna in hora suæ accensionis est ingressa.

1. In quo signo fuit modò luna prima? R. In arietem. 1. qua parte? R. In vigesima sexta. 1. In quo calendario? R. In pridias idus April. 1. Quota est luna? R. Vigesima. In quo signo commoratur hodie? R. Nonne hoc, prout potui, superius elicui? Veruntamen si vultis, adhuc artibus replicabimus. Præsens luna nata fuit in 26. parte arietis, & quatuor partes postea retinuit, per quas cucurrit, 20. & 6. dempsit, quas non tetigit. Ac deinde si probare vultis hodie 20. luna in quo signo sit, multiplicatè 20. id est, ejus atatem per quatuor, sunt 80. quadrantes. Rursus multiplicatè unum ex his quadrantibus per 6. propter horas sex, quæ in unoquoque quadrante sunt, & insuper sumite sex punctos de septuagesimo nono quadrante, & habebitis septem horas & unum punctum, quæ dandæ sunt arietem: quia tot horas per eum cucurrit luna, quando fuit prima. Denique accipite 78. quadrantes, qui remanserant, & date novem tauro, 9. geminis, 9. cancro, 9. leoni, 9. virgini, 9. libræ, 9. scorpionem, 9. sagittario: & sic restant quadrantes sex, ac desuper 4. horæ & 4. puncti, id est, horæ 40. necnon & quatuor puncti. Ex quibus tamen horis quatuor, sex signis peractis, propter illorum bisse dabuntur, adhuc ergo manent horæ 36. insuper & quatuor puncti, quas jam luna in capricorno pertransit volando.

1. In quo signo fuit modò luna prima? R. In arietem. 1. In qua parte? R. In vigesima sexta. 1. In quo calendario? R. In 2. idus Aprilis. 1. Quota est luna? R. Vigesima septima. 1. In quo signo commoratur hodie? R. Hæc igitur toties & toties quaeritis: Videte ut hoc magis causa discendi quam re-

prehensionis faciatis. Scimus solem adhuc habitare in tauro, & viginti duos dies jam exactos habere in illo, restareque adhuc octo de triginta, id est, de completionem ipsius signi, quos ex partibus, quibus lunam à sole remotam invenimus: illi, i. tauro, ad explendum in eo iter solis supplere debemus. Abscissis de 324. octo, & scissos, qui restant per tricenarium numerum expensos, 16. indivisi manent: qui totidem partes lunam in arietem esse designant. 1. Adhuc inquiram, ut saltem aliquam inveniam distantiam. In quo signo fuit modò luna prima? R. In arietem. 1. In qua parte? R. In 26. 1. In quo calendario? R. In pridie idus Aprilis. 1. Quota est luna? R. Vigesima septima. 1. In quo signo commoratur hodie? R. Quater 20. & 7. 100. & 8. quadrantes conficiunt. Ex his quadrantibus triginta sex punctos, id est, septem horas & unum punctum. Quia hoc, quando luna prima fuit, de arietem sibi retinuit, primum amittere expedit: & tunc reliquos, id est 107. quadrantes, dempta unâ horâ & uno puncto, per signa distribuere debemus. Undecies novem 90. & 9. Tot igitur signa (si non fallor) postquam fuit nata pertransit luna, scilicet taurum, geminos, cancrum, leonem, virginem, libram, scorpionem, sagittarium, capricornum, aquarium, pisces. Superfunt adhuc quadrantes 7. horæ 4. ac 4. id est, horæ 47. excepto uno puncto. Ex quibus tamen horis 12. bisse, id est, 8. horas oportet abjicere, videlicet ut tria semper signa 27. quadrantes, & insuper binas habeant horas. Et adhuc restant horæ 38. necnon & quatuor puncti. Tot jam horas & punctos lunam per arietem currere dicimus. At verò cum protinus arietem ipsas octo horas, in quibus luna post viginti septem dies immorari consuevit, addiderimus: nihil illi de octo quadrantibus deerit, quia 7. horis & uno puncto prima luna per eum eucurrit.

Argumentorum Lunæ finis.

BEDÆ PRESBYTERI COMPVTVS VVLGARIS, QVI DICITUR EPHEMERIS, DE FERIA, DE LUNA, ET his, quæ ad Lunam pertinent, id est, ipsâ, mensibus, signis, terminis, annis cycli decemnovalis.



UADRATUS hic æqui laterus, qui dicitur tragonus, à 30. in 900. progreditur. Cujus divisio per quinque senarios facta Lectori occasionem tribuit, ut se exerceat in singulis Mathematicæ disciplinis. Siquidem continuatis proprietatibus medietatum trium artium talis divisio ostendit Arithmetice 6. 12. 18. Musica 12. 18. 24. Geometricæ 6. 12. 24. Igitur vicissimi termini summi linea est A, quæ in infimo spatio habetur pro epactis nulla. A qua videlicet intrâ A per eandem lineam singula literæ Græcæ, quæ ex ordine sequi debuerant, tantum distant, siue sursum, siue deorsum, quantum est numerus epactarum. Nam B in ordine literarum secunda hic habetur 12. & C ordine tertia, hic est 23. cyclus, quo decemnovalis talis erit, qualem naturalem ordinem litera tenuerit, quia illo anno pro epactis positi. Siquidem B positione hic est duodecima, cum sit literarum ordine secunda: & ob hoc constat esse annum cycli decemnovalis secundum, linearum primæ & duodecimæ expositio. In priori sententia continetur absque dubio. Denique, quia luna moratur in unoquoque signo duobus diebus & semisse, alternatim quibusdam signis duobus, quibusdam tres dies dedit. In 18. linea hujus tabulæ, inferitis eo numero subnotatæ, in duo integra signa quinque dies integros teneant, dum, quod uni subtrahitur, alternatim detur. Menses verò contrâ in 24. linea positi, ut in quo signo sit scilicet, singulis mensibus anni advertas. Nam hinc ex majuscula litera arietem, inde Aprilem, hinc taurum, inde Majum perspicis, & cætera eodem modo. Ergo per singulos dies lunam in quo signo sit inventurus, scito quota, & cujus mensis sit, ac in lineis 18. & 24. consideratâ primâ lunâ contrâ se venient menses, & signa contrâ, ut Aprilis in 24. & aries in 18. Terminos quoque semper invenies, si observaveris lunam Februarii 10. Mart. 2. Aprilis 14. Maji 20. Junii 4.